

H-6-29

14376
TOPICA MAR

CITVL. CICERO.

NIS AD C. TRE-

BATIVM,

CVM

Anitij Manlij Seuerini Boetij, & Ioannis Visorij
Cenomani Commentarijs.

His iam recens adieccimus Bartholomei Latomi Expli-
cationes, ~~et~~ philippi ~~et~~ ac Christo ~~et~~ Barthony
phori Hegendorphini Scholijs.

H-6-29



~~1745~~ Engangalo con concion
dell 15 dico 21 dico
1745 ~~1745~~ ~~1745~~ ~~1745~~ ~~1745~~

~~1745~~ ~~1745~~ ~~1745~~ ~~1745~~ ~~1745~~

~~1745~~ ~~1745~~ ~~1745~~ ~~1745~~ ~~1745~~

~~1745~~ ~~1745~~ ~~1745~~ ~~1745~~ ~~1745~~

~~1745~~ ~~1745~~ ~~1745~~ ~~1745~~ ~~1745~~

~~1745~~ ~~1745~~ ~~1745~~ ~~1745~~ ~~1745~~

~~1745~~ ~~1745~~ ~~1745~~ ~~1745~~ ~~1745~~

~~1745~~ ~~1745~~ ~~1745~~ ~~1745~~ ~~1745~~

~~1745~~ ~~1745~~ ~~1745~~ ~~1745~~ ~~1745~~

~~1745~~ ~~1745~~ ~~1745~~ ~~1745~~ ~~1745~~

CONTE DE SERVIA ETC

REPRE

REPRE

REPRE

REPRE

REPRE

REPRE

IOAN. VISORIUS

COENOMANVS REVEREN-

do in Christo patri domino, domino Renato

Bellatio, Antistiti Coenomanorum

grauiſſimo s. d.



V' M ego studijs meis, Pontifex grauiſſime,
quietē impetrare uelle, que multos annos bo-
nis autoribus mee iuuentuti explicandis impē-
deram, noua mihi iurſus (dīc, infūrato) pro-
uincia priorē multo difficultor inuigitur. Nam
in p̄ystrinum Philosphicum (quod ille, a tamē sacro ſancte ſa-
pientie maiestate dictum uelim) detrudor, ubi molam, illa tru-
ſatili Plautina longē difficultorem (tamē ſlubens, aut certe nō
inuitus) uero. Quā circumagere non eo mihi durum uide-
tur, quōd labore ipsum inanem aut uanum futurum arbitrer (ut
qui non ignorem sapientie radices amaras eſſe, fructus uero ſua-
uissimos) ſed moleſtum eſt, et facultati incumberet, quam uix mil-
leſimus quipq; ſectetur, probet nemo, negligant omnes, aut cer-
te, ſiqui ſacrif eius initiati ſint, eos instituit ſui p̄nitentia: ut qui
protinus, nescio quo genio afflati, militie Philosphice deſcri-
tores ſiant. Quos, ut reprobendendoſ eſſe non negram, ita non
omnino ratione deſtitutoſ crediderim. Reprobendendoſ
dem q̄od Philophiam uite ducem, uirtutis indagatrie
politicis uitiorum, necnon ſocietatum parē
migilantij ſiman deſſificant, ut ad artes que ſtu-
diosus enim quicque ad rubricas hodie dic.
ſed illud non. Non ego ius ciuile, q̄us ſit, in arguo,
ſed illos improbo, qui uix diu in
ad illas cocurrunt. Ḡe ergo, ſimus arguo,
ſicut hoſ merito argue. Tu P̄, ſuā non poſsumus illos iure
operari.

a z repre

reprehēdere, qui non aliena modo, sed & sua sapientes infania
fācti sunt. In ang. quōd bonas horas male collocarint, cum sua
tempestate Philosophiae, non germane illi quidē, neq; sincere,
sed illegitima & adulterina vacarent, idē hodie fieri rati sunt:
uerenturq; ne iādīpsum liberis suis, quod olim sibi cōigit, acci-
dat. Propterea statim ut liberos suos aliquid in literis huma-
nioribus promouisse sentiunt, eisdem contempta Philosophia,
quam primum uel ad Pontificium, uel Cæsaricum ius audiendum
mittunt. Hęc caūce sunt, Antistes prudentissime que me moue-
bant, ne Philosophiam prosterer: uetus barbaries, qua philosophia
scēbat, hominum contemptus, & auditorum infrequē-
tia. Ceterum, ut duas prioras omittam, de postrema dicam, que
me (si quid aliud) à philosophia profrus auocabat. Cum enim
ordinis mei complures uiderem, qui destituti auditoribus, quos
ius ad sc̄uacabat, mutuē solitudini, surdisq; parietibus canere
cogerentur, pertimescebam, ne eodem misericordia redigeret, quō
redacti oīt audiebam: nec mēhercule iniuria timebam. Non
enīm præceptores idem mentis & sp̄iritus in dicendo singulis
tantum, uel paucis præsentibus concipere possunt, quod illa
celebritate instītūti concipiunt, & ut ingenuē fatetur. Gaudeo
quōd spectent oculi me nūle loquentem. Contrā tacita que-
dam est dēsignatio, uim dicendi tantis comparatam laboribus,
ad unum auditorem demittere. Itaque diu mecum cogitabu-
iū, qui possem huic morbo mederi, tandem rationē inīui,
ut futurum confidō, ut unius quod pertimescebam, lenari
possem. Nisi gebatur Philosophia, quod barbare loquerentur,
ego siq; possum adinxus sum, ut Latine loquar. Volat
latur ad leges: operam dedi, ne mei iuuenes adhuc implu-
mes eo motu, e cuiusq; non quod ab instituto suo quenquam
abauixerim. men, ut qui diloqui à Philosophia uixdum
salutata protinus insent, hoc ie sub se Sapientia fire-
nue mereant: quos cuius uerbi
epit

5

optimum factū duxi, si Topica Ciceroniana illis prælegerem
partim quōd in eis multa de iure ciuili despūta pāsim repe-
riantur, quorū fideli explicacione mihi meos obligare mag-
gis, & deuincire, atque demereret: partim quia Latina, nec magis Dialectica, quam Oratoria sint, ita ut lectorē studio-
sum in amorem sui continuo rapere possint: partim denique
quōd que pluribus libris Aristoteles obſcurē (sicut omnia) tra-
duxit, paucis contineat: quā qui didicerit, arma semper ha-
bebit, quibus & se tueri, & aduersarium lēdere nullo negotio
possit. Si quidē illa Loco (unde nomen habent) explicant, de
quibus argumenta cuiusque rei uel confirmant, uel refellēt, &
studiosus lector pro uoto depromat: quibus cum fuerit instru-
itus, nihil tam diūbiū erit, quod certum non efficiat: nihil con-
tra tan uerum, quod controversum non reddat, si uelit. Ea por-
tu (ut quēm ex his relatuī sumus, ostendam) cum ma-
gna parti studiorum humanorum (quandoquidē pleraque in
ambiguo h̄erent) apprime sunt utilia, tum uero eis præcipue
conseruent, qui consilio Rēpublicam gubernant, quos de pace,
bello, ceterisq; ciuitatis negotiis, in rem præsentem sape Sena-
tū, sape Populo fidem facere oportet: qui in iudicij item ac-
cusare, defendere, petere, abnuere, quicq; populum docere iusti-
tiam, religionem, pietatem in professo habent. Insuper non os-
tantur armare, sed & prouidentiam animi, & recte consuleat
quoque aperire uiam uidentur. Postrem eadem illa præstant,
ut perpicere possit, quid in queque re possum sit, ut consentia-
nea repugnantiaq; & quo quidq; ducat, quidq; seuenire possit,
colligas. Tantaq; uitellare mōus, quantam ego ex eorum
prælectione iuuentum mean consequitur, non despero,
plus ego laboris, quam à me meliū requirent, sponte suscepī.
Nam qui Ciceronis Topica tantum prælegere co[n]stituerant,
eadē meis q; libri qualib[us] commentarij uisitātiq; egi,
non ut aliiquid meliusq; possent enim? Seuérino Boētio
scribe

4 3

scriberem, sed ut explicatius omnia traderem, que uir ille, so-
 lis scribens Dialecticis, satis involuit. Quapropter ego me ad
 captum iuuentutis magis accommodavi, neque solis Dialecticis
 prodeesse uolui, sed etiam pro uirili conatus sum, ut artis Ora-
 torie cädatis aliquid coferre: breuiter, in familiarium uis uis
 expositione, ut uocula etiam ipsas, quae uidebantur obscurio-
 res, more Grammatici declarare non dubitarem. Ceterum nō haec
 modò præsteti, uerum etiā exēpla Iuris Civilis, quibus Tullius
 ad iuriū consultum scribens uitetur, difficultia satis explicari: & ut
 studia iuuentutis magis alerem, locos ipsoſ, selectis è classicis
 autoribus sententijs, illuc triores reddidi, ne quis ius ciuile se
 ignorare cauaretur. In his autem omnibus non sum eum ordi-
 nem sequitus, quem Boetius, sed dispositionem Ciceronis imita-
 tus, meos Commentarios in tres tantum libros distribuendos eu-
 rauit: nec ab re, siquidem Tullius Locos omnes primū diuisi,
 suāq; singulis nondum declaratis exempla subiecit: deinde lati-
 tūs & fūsūs eos omnes, quo diuisi fuerunt ordine, nobis expo-
 sūt. Tum, quia omne argumentum ad questionem probandum
 adfertur, tertio loco de questione multa locutus est. Hanc ego
 Ciceronis diuisionem uidens, Commentarios meos in tres libros
 partiri malui, quam in sex, uel etiā in septem frusta lacerare, à
 medio loci unius, noui libri iuxta sumens: sed recte, an secus
 egerim, aliorum fitiudicium. Ego me liberis hominum senten-
 tijs labens committō, neque disido, quin æquus lector omnia
 æqui boni confidat. Haec meas uigilias tibi consecrata uelim
 Pontifex sanctissime, nō quod te dignas esse iudicem: sed ut tuo
 patrocinio fulte, liberius & tutius in hominum manus ueniat,
 neque antipites uulgi censuras reformident. Id enim omne le-
 ctorem æquum probaturum arbitror, quod probauerit, et quic-
 quid obelisco signaris, id eundem atro calculo notaturum, nubi
 facile periuadeo. Nonnūnū enim tam impudentē futo, qui à tuo
 iudicio uel latum culnum recedere uelit: cum te cum esse

omnes

omnes, qui parem uitę sanctimoniam cum incredibili eruditio-
 ne copularis: ita ut dubitet, doctor ne sis, an melior. Sane, ut
 quod de te audio, semel dicam, haec est una omnium uox com-
 munis. O felix Cœnomania, que tantum, talemque Antistitem
 tandem adeptā est! Antistitem, inquam, illum Renatum Bellarium,
 qui uir, & reter summam doctrinam, etiam optimus est, & inter-
 terrimus, in quo formando, natura suis uires omnes explicati-
 se non immorito dicitur. Audi sanctissime Pontifex, quid de te
 boni omnes sentiant, quo sis in pretio, quanti fides apud omnes.
 Verūm ne solus de te facere uidear, quid sentio dicam. Cum tuā
 fratrumq; tuorū tibi charissimorum, EQUITIS, inquam, illius ge-
 nerosissimi regij Legati, Ambianorumq; Procoalis, & purpu-
 rati Parisiorum. Antistitis prudentiam, consilium, fortitudinem,
 literas, felicitatem intueor, uos ego mirando prouidenti diu-
 ne manere generi humano regendo concessos esse credo.
 Ita ut Franciscus ille Galliarum rex potestissimus (id
 non ignorans) Gallias suas uolantis consilijs regi
 uoluerit, nos meherculē premijs uobis di-
 gnis suo loco decoraturus. Sed finem
 facio. Interim faxit Deus, ut
 tuis opere omnia repon-
 deant. Bene uale. Pa-
 risij ex Bur-
 gun-
 dionum gymnasio.

PROBATISS. VIRO

IOANNI MORINO PRI-
mario Grammaticorum in Collegio Na-
varre, Bart. Latomus Re-
gius professor

S. D.



AGNAE negligentia superior ~~etas~~ da-
mandata est, Morine vir speciosissime, quod in
differendi artibus tractandis Ciceronem optimum
autorem a scholis alienum habuerit. Nam
ut oratoria omittam, que ille non uno libro, sed
pluribus preceptis ac sermonibus disertissime explicauit, haec
Topica certe, que Dialeticorum propria sunt, de inuenientia ra-
tione ita scripta, ut ex ipsis que ad hanc differendi partem per-
tinent, magno copio & breuitate cognosci possint. Express-
it enim sententiam Aristotelis, quam ille octo libris late copio-
seque persecutus est: in qua explicanda cum omnem ratione pre-
ceptionis certis capitibus comprehederat, priuim illius nos ad-
monere uoluit, eadem rem pluribus & paucis uerbis tractari posse. Deinde cum sit magna & incredibilis ingenii nostri uis,
illud etiam significauit, demonstratis fontibus, ex quibus manan-
tent omnia, studiosos, si modo ingenium & animaduersor nec
attulissent, facile ex eisdem per se hausturos esse, et ea etiam que
dicta non essent, sine negotio intellecturos. Quod cum ab illo
prudentissimi iudicatu sit, tum in omni preceptione & doctri-
na idem puto nobis obseruandum esse, ut consulatur compedio
discentium, & studiu eorum atque opera omni ratione proucha-
tur. Itaque dubitandum non est, quin ad eadem ratione vir do-
ctissimus, si superuixisset, aut si impeditus non fuisset recipi tem-
poribus iudicandi quoque partem nobis tradidisse, fuerit pura
ac defecata, ut cetera omnia, neque ab humanent supra breuitatis
alueos.

alueos, sed modo et genere tractationis intra utilitatis fines co-
prehensam. Nam que ab aliis, praesertim recentioribus, exceptis
paucis, in hoc generi tractatis sunt, quam immensa prolixitas
sunt, quan demque confusa & perturbata omnia commentis no-
varum & inutilium preceptionum, quid attinet hoc loco com-
memorare: praesertim apud te, qui cum multam in his studiis ope-
ran posueris, inservies optimus ac iudex esse potes. Me certe
deletat huic sculpi felicitas: quo, exercitato lingua in studio atque
optimus quibusque autoribus in lucem reuocato, tantum splendo-
ris atque ornamenti in literis effloruit, ut profligata superiorum
temporum barbaria, que longe lateq; uelut caligo quedam,
omnia obduxerat, sit bac nostra etate: quia cum ueteri doctrina
& humanitate coferri posset. Sed quod pertinet ad Topicas, scri-
psi hunc librum Ciceronem Aristoteli sententiam, magna bre-
uitate, ut que ab illo locissime sua sunt, in compendium redige-
ret, communitate uerbi tanta, ut que singulari ingenio inveni ab
illo atque in lucem illa sunt, hic primum in artem inclusisse, &
certiore via constituisse uideatur. Sed cum in eisdem ab hac os-
fenda atque obseruita quædam, partim ab exemplis, que ex iure ciuili
sumptu sunt, partim ab ipso preceptorum genere, quod in rerum
omnium uim, naturam, ac proprietatem incumbens, non usque
quaque expositioni est, quis primus, ad hæc studia accedunt,
rem gratiam me studiis facturum esse arbitratus sum, si, que
priori hyeme, cumenarrarem hunc librum in scholis, dictauerā
auditoribus meis, ea post Boetij commentarios, qui uero bojores
sunt, in publicum emitterem non quid meliora me prolatarum
esse sperarem, quam ab illo traditis sunt, sed si quid aut breuitati
studentium hac opera mea, aut cogitationi preceptorū con-
ferre possem, id ut à me debitum publico nomine communias u
dia de latum sibi atque acceptum habent. Sed utrumque, hec sunt,
hunc fructum editionis, quicunque futurus est, tibi nunc upo, pro-
tua singulari in me benevolentia, ut cum hac occasione admo-
nus

4 5 tus

10
tus fueris officij tui in re literaria prouenientia, que tibi magno
cum onere & autoritate in hoc amplissimo Gymnasio commissa
est, tum intelligas me aio generi muneri, quod utriq; nostrum
aptius esset, studium atque sedilitatem erga te mean te stari non
potuisse. Vale Calend. Junij M. D. XXXVIII.

RAMA
SPECTO

arcti
cavat
punctu
punctu

ANITII MAN-

LII SEVERINI BOETII VIRI
clarissimi & illustris ex Consulum ordine, ad
Patricium Rhetorem, in Topica Ci-
ceronis Commentarius.



XHORATIONE tua Patrici Rheto-
rum peritisime, que & presenti honestate
propositi, & futuræ etatis utilitate coniuncta
est, nihil antiquius existimat. Cui maneri li-
bentius accueiuit: non quod ad instruendum te,
Commentarios in M. Tullij Topica laborare me crediderim: cri-
diculus quippe forem, si Mineruam docere uellem, ut a iunt, lite-
ras. Sed tu ex disciplinarum liberalium sumptum penu, nostra
apud te semper pigna amicitie permaneret. Quod enim mu-
nus ex animo diligenter iucundius inueniri potest: quam quod
ipius animi partes format & instruit: Nā cetera ferre caducea
imbecilla labantur, & si ad fortunæ uicem spectes, penè semper
aliena sunt. At herc' opulentiam literarum nec presens im-
minuit

B. D. S. U. L. D.

minuit etas et omnis autoritatem ipsa etiam cuncta confidens
auger potius et confirmat uti sit. Acce igitur opus non es-
sificie et securitate, sed amictie presumptione suscepsum apud
quam nescio quoniam inter suos paelo etiam garrire non de-
bet simus quia paelo a nobis manere, cum tuorū aliquid ope-
rum postulatur, immuris fieris, si negabis. Sed cum in M. Tullii
Topica Victorinus Rhetor plurime in differendi arte noti-
tiae, Commentaria conscripsit, no me oportet et melioribus for-
sitiam attenuata contingere, ne esset aliquid, quo se nosfer quoque
labor exercere atque parare potuisset. Quia uox enim volumi-
nibus Victorini in Topicis conjecturis, coram primo in decla-
randa tantum libri principis occupatur, addit etiam, si qua in
eodem volumine predicenda fuisse percepitur: ut ab exordio uo-
luminis Topicorum, quod est, Maiores nos res scribere ingressos,
Trebati: usq; ad eum locum qui est, Sed iam tēpus est ad id quod
instituimus, accedere: primi voluminis Victorini exposicio ter-
minetur. Secundo volumine de iudicandi atq; inueniendi Dialec-
tice et partibus, et de locorum atq; argumēti definitione per-
tractat, ut ab eo loco Topicorum, qui est, Cūm omnis ratio dili-
gens differendi duas habet partes, unam inueniendi, alteram iudicandi: usq; ad eum locum, qui est, itaq; licet definire Locū esse
argumenti sedem, Argumētum autem rationem, que rei dubiæ
faciat fidem secundi libri Commentariorum explanatio subsistat.
Tertius uero atque quartus, discretionis locorum inter se, co-
rumq; exempla multiformiter persequuntur: ita ut tertius qui-
dem Tulliana sibi di ure proponat exempla, quartus uero cos-
dem locos per alias rursus similitudines monfret, ex Vergilio,
uel Terentio poëtis: oratoribus Cicerone, & Catone, ut quod
præceptis ostenditur, exemplis multipliciter colluceat. neque
ab eo loco qui est in Topicis, Sed ex his locis, in quibus argu-
menta inclusa sunt: exposicio progressa, eu transcedit locum,
qui est. Valcat equitas, que paribus, in causis paria iura desi-
derat

derat. Quāta uero pars reliqua Topicorum sit, ipsius volumi-
nis magnitudo demonstrat, quam Victorinus neq; attingit, neq;
atingre potuisset, ita est rebus minimis immoratus, nisi opus
multa librorū plurimate distenderet. Nos uero et hanc ipsam
particulam, quam Victorinus attingit, diligenter (ut possumus)
aggregiamur: & longius expositione progressi, cum Topicorū
habemus fine consistere. Quare de tota operis propositione
conueniens sumamus exordium. Sed ante, quia de Topicis fa-
cilitatis ratione peractem, proœmium quo ad Trebatium M.
T. uititr. paucis absoluum.

C I C E R O .

AIORES nos res scribere ingre-
sos C. Trebatii, & ijs librīs quos bre-
ui tempore satis multos edidimus,
digniores, ē cursu ipso reuocauit uo-
luntas tua. Cūm enim mecum in Tu-
sculano esses, & in bibliotheca separatis uterq;
nostrum ad suum studium libellos, quos uellet,
euolueret, incidisti in Aristoteles Topica quæ-
dam, quæ sunt ab illo pluribus librīs explicata.
Quia inscriptione commotus, cōtinuò à me eo-
rum librorum sententiam requisisti. Quam tibi
cūm exposuissēm, disciplinam inueniendorum
argumentorum, ut sine ullo errore ad eam ratio-
nem via perueniremus ab Aristotele intuenta,
libris illis contineri: uerecundè tu quidem, ut
omnia, sed tamen ut facile cernerem te ardere
studio, mecum, ut tibi illa tradarem, egisti. Cūm
autem ego te, con tam uitandi laboris mei cau-
sa, quād quod interessē tua arbitrarer, uel ut eos
per

Proposito

Narratio

per te ipse legeres , uel ut totam rationem à doctissimo quodam Rhetore acciperes , hortatus essem, utrumque, ut à te audiebam, es expertus. Sed à libris te obscuritas refecit ; Rhetor autem ille magnus, ut opinor, Aristotelica se ignorare respondit . Quod quidem minimè sum admiratus, eum Philosophum Rhetori non esse cognitum, qui ab ipsis Philosophis, præter admodum paucos, ignoretur. Quibus eō minus ignoscendum est, quod non modo rebus ijs, quæ ab illo dictæ & inuentæ sunt, allici debuerunt, sed dicensi quoque incredibili quadam cùm copia, tum etiam suauitate. Non potui igitur tibi satis hoc roganti, & tamen uerenti ne mihi grauis esses (facile enim id cernebam) debere diuitius ; ne ipsi iuriis interpreti fieri uideretur iniuria. Etenim cùm tu mihi , meisq; multa sæpe cauisses, ueritus sum, ne, si ego grauarer, aut ingratum id, aut superbū uideretur . Sed dum iuimus una, tu optimus es testis quam fuerim occupatus. Ut autem à te discessi , in Graciā prosciscens, cùm opera mea nec Respub. nec amici ueteretur, nec honestè inter arma uersari possem, ne si tuto id quidem mihi liceret: ut ueni Veliā, tuaq; & tuos uidi, admonitus huius aris alieni, nolui decessere, ne tacite quidē flagitatione tue. Itaque hæc, cùm mecum libros non haberem, memoria repetita in ipsa nauigatione conscripti, tibiq; ex itinere misi, ut mea diligētia mandatorū

tuorum

tuorum, te quoq; et si admonitore non eges, ad memoriam nostrarum rerum excitarem. Sed iam tempus est, ad id quod instituimus, accedere.

SEVER. BOETIVS.

OMNE procium, quod ad cōponendum intendit auditorem, ut in Rheticis disicitur, aut benevolentia capiat, aut attentionem præparat, aut efficit docilitatem: his tribus partibus sibi Cicero Trebatii format. Nam quod se à magnarum rerum ^{benivolium} inchoatione reuocatum, ad amici cōtulit uoluntatem, fauorem ^{fact} uelut Trebatii iusticis, benevolentie partibus meretur. Maiores autem res sunt, à quarū scriptione ad amici studium uersus est, Moralis Philosophie tractatus. maior est enim morum ratio, quam peritia differendi. Id autem tempus fuisse coniunctus, quo propter turbulentia Reip. tempora, in otio se contulit, atq; Philosophie disciplinas. Sed quia nobis audientiū mentes ueritatis quoq; opinio præsumptio conciliat, in eo etiam, præparanda benevolentie partibus utitur, quod commemorandis ueraciter ijs que Trebatius nouerat, facit illus fidem, que posterius euenerit, & Trebatius ignota esse poterant. Hæc autē sunt, quod in Tusculo ad suum studiū utriq; libros euoluerit, quoq; Trebatius casu in Aristotelis Topicā incederit, quod titulum operis admiratus, a M. Tullio inscriptionis sententiā perquisierit. Ilud citiā, quod ei Cicero se exposuisse commemorat inueniendorum argumentorum illas libris scientiam contineri, ut sine illo errore ad argumentorum inuentionem via quadam, & recto filo, atq; artificio ueniretur. Que res breviter enunciata, uelut intentionem operis monstrat, ex docilem perficit auditorem. In hoc nanque uidetur esse cōprehensum, que sit intentio Topicorū, quod ait disciplinam esse argumentorū, non ut inueniantur (id enim natura suppeditat) sed ut sine ullo labore, ac sine ulla confusione, non casu ad ea mens, siquadam uia ductione perueniat. Post benevo-

benevolentie hanc captionem, Trebatij laudem subiungit, quod eius uerecundiam in his commemorat expetendis, que si postulanti amico Cicero prestatisset, et glorie premium ferret, et gratia. Sed quod potenti Trebatio, ut ei Topica traderet, minime cocepit, id non propter laboris fuga, sed Trebatij potius causa factum esse contendit, ut in eo quoque Trebatij, ueluti tunc repulsi, subiratus forsitan animus nunc non sit alienus. Intererat uero Trebatij, ut uel per se ipse legens excitatione fieret, uel ei perfectius, si qua dubiareret, Rhetor doctior expediret. Vtrunque uero a Trebatio se narrat audisse. Nam et expertum est, ut per se ipse legeret, sed obseruitate reiectum: et illum Rhetorem, a quo Topicorum explanationem petisset, illa se Aristotelica ignorare confessum. Quae res per operis difficultatem necesse est auditorem reddit attentum: ea quippe non negligentes inspicimus, que non facilis esse intelligentiae suspicamur. In quo etiam Cicero minime se miratum esse commemorat, quod is Philosophus Rhetori non sicut eretur, qui multis etiam Philosophis uidetur incognitus: quoniam etiam uire culpat ignorantiam, quos ad Aristotelicam philosophiam disciplinam non inuentorum utilitas, non orationis nitor illexerit. In quo etiam maioris perspicaciam crevit attentio: quia facile ad studium mentes diolorum segnities culpata conuertit. In quocunq; uero attentio fuerit, non poterit abesse docilitas. In his etiam laus quedam Trebatij latenter inducitur. Magnam est enim, Philosophis in sua quasimuneritcessantibus, hunc Trebatium, ne proprio quidem studio prepeditum, aliena scientie secreta rimari. Iam uero sequuntur multo etiam clarius benevolentiam petunt: uelut hoc quod elegansissime dictum est, ueritatem se esse, ne si modeste postulantis uerecundie pernegasset, ipsi quodammodo iuris interpreti fieri uidetur iniuria. Et quod precedens Trebatij meritum percepti beneficij memor exequitur, id uero est, quod uel ipsi, uel his quos ipse defenderit, plura canisset. Fuit igitur, ut ait, uerend

uerendum, ne si restituire gratiam nolisset, aut ingratum id, aut superbum esse uidetur. Ingratum quidem, si magna Trebatij merita, quibus ipse uisus fuerat, paruo estimare uidetur: cum nullam ei gratiam restituendam putaret: superbum uero, si sperneret. Ad idem cetera reuertuntur, quod eiusdem testimonio nitiuntur, dum fuerit in Urbe, se, ne debitam redderet gratiam, occupationum necessitate fuisse constrictum: quod, ut uenerit Veliam, amicorum Trebatij conventione commonitus, ne tacite quidem eius flagitatione deesse noluisse: et quod, licet librorum copia nulla suppetteret, de memoria tam repetita promptuarijs in ipsa nauigatione conscriperit, eiq; ex itinere miscrit, ut beneficij cumulo, parentetiam certitatis adderetur. Quae cum omnia benignum captare Trebatij uideantur assensum, quedam tamen breuitas Topicorum memoria repetita, attentionis necesse est animaduersione fungatur. Ipsa namque memoria repetitio breve monstrat esse quod colligit, quod aq; diligenter sibi fuerint mandata Trebatij: et quod ad exercitandam sui memoriam quasi pignus amico aliquo atque monumentum uoluisset extare. Cui adiicit illud, Et si admontore non egess; offendat animum sedulitatem, si, quem commoneundum credit oblitiosus uideatur arguere. Hec omnia, ut dixi, benevolentiae partibus plena sunt. Sed de proemio satis dictum est: nunc ad consequentia transcamus. Nec si quis haec apud Victorinum latius tractata reperit, nos neglegere integratis stringat inuidia, nam nec in singulis (ut ille facit) uerbis herere volumus, et ampliora huius operis scismam.

IOANNES VISONIUS.

M A R C U S Tullius eo tempore Remp. reliquit, et se totum ad Rhetoricen, Philosophiamq; tractandam contulit, quo Iulius Caesar unicus in urbe Roma dominus, oppressa libertate populi tyranidem exercuit. Qua tempestate cum Cicero in suo Tusculano multos libros Rhetoricos edidisset, et iam Philoso-

phicos aggressus esset scribere, Caius Trebatius Iruris consultus cum e curia suo id est, à philosophia morali, quam tunc tractabat, ad Topicen sibi tradendam revocauit. Quid negotium Cicero primum recusat, ut qui maioribus rebus & dignioribus (nempe Philosophicis libris scribendis) detentus esset. Verum paulo post interfecto Cesare, cum iam Antonius omnibus bonis ciubus esset formidolosus, precepit Cicroni, qui C. Sib. et Bruti intersectorum Caesaris amicus erat, omnesq; boni eius impotentiam & grē ferrent, Cicero patriam sibi relinquendā esse existimauit. Itaque relata Italia migravit Athenas. Qui similiterque Velianus, Trebatij meminīnam ea urbs erat amicissima Trebatij. Itaque ut primum Velia nauigare capiuit, instituit Aristotelica Topicā conscribere, quem librum Rheygi scriptum, Trebatio misit cum hac epistola, que libro septimo Epistolarum Ciceronianarum reperitur: Vide quanti apud me sis, & si ure id quidem, non enim amore te uincō. Veruntamen quod praeſenti tibi proprie subnegaram, nō tribuerā, certe, id absenti debere non potui. Itaq; ut primum Velia nauigare capiuit, instituit Topicā Aristotelica conscribere, ab ipsa urbe communitus amantissima tui. Eum librum tibi misi Rheygio, scriptum quam plenissime res illa scribi potuit. Sin tibi quēdam uidetur obscuriora, cogitare debebis, Nullam artem literis sine interprete, & sine aliqua exercitatione percipi posse. Non longe abieris, Num Ius Civile uestrum ex libris cognosci potest? qui quanquam plurimi sunt, doctorem tamē, lumenq; desiderant. Quanquam tu, si attentē leges, si sp̄ciūs, per te omnia consequere, ut certe intelligi ait utrōc̄ etiam ipsi tibi loci proposita quæſione occurrant, exercitatione conſequere. In qua quidem nos te cōtinebimus, si & salvi redierimus, et salua ista offendierimus. Vale quinto Calendas Sext. Rheygi. Maiores nos res, id est, Philosophiam, precepta morum compone, dorum, uitaq; formande rationem. Nam eo tempore Ciceron Tusculana Quæſiones

ſtiones in ſuo Tusculano (a quo Tusculane dictæ ſunt) compoſuit, ſicut in principio Quæſionum Tusculanarū aperte docet. Item Officia paulo pōst, nempe post interfectione Caſarem ſcriſit, ut in illis teſtatur. Ex ijs libris ſcilicet Rhetoriceis, id enim temporis libros de Oratore ad Quintum fratrem, & altera Partitiones Oratorias ad filium, et Oratorem ad Brutum, necon libellum de Optimo genere Oratorum ſcriperat. In Tusculano, Tusculanus ager Ciceronis, à Tuscia regione Italia, in qua erat, dictus eſt. Tuscia uero, et eſt regio, que nūc Hetruria dicitur, ut Cato ſcribit, nempe quiquid inter Macrā & Tiburum fluvios diffunditur. Incidiſti in Aristotelis Topica quædam.) Topice, ſciētia localis eſt, quæ inueniendū argumentorum uiam docet, de qua poſta plura dicemus. Eius facultatis octo libros Aristoteles ſcripit: qui omnia, que dñe quaq; queri poſſunt, ad universalia capita definitionem, genus, proprium, & accidentia reuocant. Primo libro de his quatuor in universum loquitur. Secundo uero, tertio, quarto, quinto, sexto, & septimo de singulari: nempe ſecondo & tertio de accidente; quarto de genere; quinto de proprio; ſexto & septimo de definitione: at in octavo argumentante & respondentem Dialecticum ſuū armis instruit & munit. Sed a libris te obscuritas reiecit. Aristoteles uſque adeo fuit obscurus in ſcribendo, ut ſimili nō reſponsus, id est oraculi dicereetur: de quo Rodolphus in hunc modum loquitur. Sed uidetur mihi dolendū eſſe, ſed illud animo grauiſſimi hominis, ut non ſimplieiter, & aperte proferret, quæcumq; inueniat: ut praeter laborem quem ipſa reū eſſet habitur a obscuritate, alia nobis etiā ex ipſo obſeretur difficultas: quō necesse haberemus mentem ipſius, uelut oraculi, ſuſpenſam, & ambiguam indagine perquirere. Themisſius itaq; primo Physicorum autor eſt, longe alter omnia foras eſſe edita ab illo, quam ſint domi tradiſta, dementiaq; ſimile. Sc̄i, ſi quis legendis libris ipſius, ſperci ilius ſeſtentiam conſequatur. Sed quid Themistium dico?

ipse de se locupletissimus est testis. Scribit enim quadam ad Alexandrum epistola edidisse se quae ad Philopotham pertinent: sed perinde tamen, nisi qui ab eo audierint, eadem ista ac si edita non essent, futura. Quibus eo minus est ignoscendum.) Cicero in libris de Oratore ad Quintum fratrem, et in peroratione Partitionum Oratoriarum scribit eloquentiam sine Philosophia, teneri non posse; proinde oportere omnem Oratorem esse philosphum. Nam fuit laudet uel uituperet, scientiam moraliter tenere debet, siue suadeat, uel dissuadeat, necesse est ut naturaliter regionum, locorum, et temporum calleat: denique siue accuset, siue defendat, oportet ut definit, diuidat, distinguat, interpretetur, argumentetur, confirmet, et resellat: quae sane omnia una Philosophia nos docet. Sed dicendi quoque incredibili copia.) Cicero uocat Aristotelem fluuum uidentem aurum nec non aureum flumen eloquentia. Sane Cicero multis in locis testatur, Aristotalem eloquentiam cum Philosophia iuncisse. Insuper Quintilianus libro tertio tradit, cundem pomeronianis scholis artem oratoria precipere coepisse: qui Isocratis Rhetoris gloria motus, notum quidem illum. (ut traditur) uersum ex Philoleti frequenti usurpauit. *Quod oratorum loquacitatem dicitur.*

Laetioris hoc nesciunt. Ut autem a te discisti in Graeciam.) Cicero Antonij Consulam impotentiam (ut diximus) agre fuisse, abeundum omnino statuit, et sive eo que consilio, ut Athenas migraret, toto tempore quod supererat Antonij Consulatus, illic fatus, et tunc demum reditus cum Pantha et Hirtius Consulatum inservit: profectus itaque est, et in Sicilian delatus. Cum in Graeciam traicere uellet, uento at Leucopetram Calabriae promontorium relatus fuit, ubi nouum consilium redendi Romanum cepit, cum mutatam Antonij uoluntatem intellexisset. Sed in urbem properc reuersus, nihil meliora reperit, quam proficisciens reliquerat, immo aperte Antonius tyranidem iam affectabat. Ut ueni Veliam.) Velia oppidum est Lucaniam in Italia,

Italia. Aeris alieni.) *Aes alienum metaphoricos pro re debilita Tullius usurpat.* Tibi ex itinere mili.) Puta ex Rhegio oppido Sicilia, quod Italia proximum est. Nam est aliud Regium in Italia, que Gallia Cisalpina dicitur, non longe a Mutina. Nomen oppido datum est a dechiscendi argumento. Nam et Virga Graeci rupturam nominant, quo nomine Iustinus ait abrupta Graecie pronuntiari: qui tamen Rhegium non oppidum, sed promotorum facit. Ab illo Rhegio Reginis, ab hoc uero Regies.

B A R T H . L A T O M U S .

Maiores nos res scribere ingelles.) Prefatio est ad C. Trebatium in qua commemorat, qua occasione auditus fuerit scribendum hunc librum, et in eiusdem suam erga Trebatium ostendit. Tali autem iheribertus Trebatius, clarus comporus Ciceronis, ad quemcum seruitur Cicero omnia exempla ex iure Civilis amplius bene cognitione eius, ad quoniam scribitur. Maiores res.) Philosophiam intelligit, ad quam tractare auto se continebat, occupata a Cesare repub. Scriptis autem suis in solis subibus honorum, et Tuscularum, atque Academicas. Quae in primis de Naturis, et De Ceteris de Distributione, de Fato, de Mortibus, de Legibus, et Libris Officiorum. In Eusebiano.) Villam, et Ciceros hot nomine, quod est in agro Tusculano.

Hector ille mag.) Roma est in quendam, qui le magistrum dicens ut profitebatur. Dicendi copia.) Copiam rerum intellectu, non uerborum: quoniam Aristoteles uerbo pressu, et abstrusus est. (Caviles.) Id est, conlatus est: quod adiuveretur, qui in causis litigatoribus ius sigererunt. Nam sicut hoeres et quondam iurisperiti consulti de iure responderebant: quod auere dicebant, ex quo responsa prudentium sunt appellata, quae coegerunt in partem legis cuiuslibet. Est etiam Caesaris testidare, item satisfactionem ab alio accipere, item nitare. In Graeciam proficisciens.) Post interfectum Cesarem, cum ad

tyrannidem eius aspiraret Antonius, & veteranos sollicitaret,
haberetq; palam circa se armatos homines. Nam tunc Cicero
impetrat libera legatione, proficisciatur in Græcian, ut uita
retarma Antonij, donce Consulatus illius finiretur. Ut ueni
Veliam.) Oppidum fuit Calabria cum portu, iuxta Palinu-
rum. In ipsa nauigatione.) Cum uanigaret à Velia, sicut
ipse commemorat lib. v i. epist. ad Trebatium. Mentionem
facit eiusdem itineris Philip. i.

cuarto modo à plen
occupata. Ut enim d
is differendi. Logico
anāq; peritiam. Sto
aulo angustius tract
in sola tanum indic

B. D. S. O. L. Q. 2

C R E S T O P H E R E G E N D O R F H .

Maiores nos res.) Hic Trebatia iuris consilium in bello
civili inter Pompeium & Caesarem. Pompeium lectorum cum
uicto Pompeio in bello diutius perduisset in exilium ire uoluerat
est. At Cicero opera Caesarum ab exilio rediuit, sicut
consilio eius iterum, & tribunatu militari cum ornaret, sine
tamen uere natura. Menantibus Trebatii actiones in Ce-
sare. Existit ad eam plerima Ciceronis epistles longe salissime,
in libro Epistolarum facias. Et huius Trebatii mentio fit
in Panepist. ac Origine litterar.

C I C E R O .

Cum omnis ratio diligens differendi dicas
 habeat partes, unam inueniendi, et alteram dis-
 di, utriusque princeps, ut milie-
 Aristoteles fuit. Stoici autem
 uerunt, ludicandi enim uias
 cui sunt, eam scientiam, qua
 Rheto
 pellant. Inueniendi uero artificis, sum ex-
 dicitur, quae ad usum poster erat, & ordine na-
 rae certe prior, totam reuicerunt. Nos autem
 quoniam in utraque summa utilitas est, & utri-
 que, si erit otium persequi cogitamus, ab ea quae
 prior est, ordinemur.

S E V E R . B O E T I U S .

C V M philosophia maximis in rebus operam suam
 diuidit, suum consumat, cumq; in Naturalibus in speculationem,
 speculationemq; adhibeat, & in Moralibus actionem, & sic fer-
 mare gestat mores, ut uera uita ratio peruerterit; euincere ne-
 cessit, ut secundum id, quod ratio tenet, omittendum ue-
 faciendum quid, aut non faciendum est. Accreuerit, uel indicium consti-

T O P I C A .

constituantur, uel exercenda uite dirigatur intentio. Erigitur
 necessarium, uel in naturali speculatione, uel in moralium actio-
 num cogitatione, ut certa ratio, uel quod in rebus specula du est,
 inueniat, uel quod in actu inueniendi duci oporteat, ante perpen-
 dat. Hec autem ratio, nisi uia quadam processerit, saepe in mul-
 tots necesse est labatur errores. Quod ne passim fieret, atq; ut
 certis regulis tractatus insisteret, uisum est antiquae Philosophiae
 ducibus, ut ipsarum rationacionum, quibus aliquid inquiren-
 dum esset, naturam penitus ante discuterent: ut his purgatis at-
 que compositis, uel in speculatione ueritatis, uel exercendis vir-
 tutibus ueteretur. Hec estigitur disciplina, quasi differenti que-
 dam magistrorum, quam Logican Peripateticos appellantur.
 Hanc Cicero definiens, differendi diligentem rationem vocavit.
 Hec uario modo a plerisque tractata est, uarioq; etiam vocabu-
 lo nuncupata. Ut enim dictum est, à Peripateticis hec ratio dili-
 gens differendi, Logica uocatur, continens in se inuentandi, in-
 ventandis, peritiam. Stoici uero eandem hanc rationem differen-
 ti, paulo angustius tractaverunt. Nibil enim de inuentione laboran-
 tis, in solitum in dilectione consistunt, deq; ea precepta mul-
 tipliciter dantes. Dialecticam nuncupauerunt Plato etiam Dia-
 lecticam uocat, facultatemque id, quod unum est, posuisse in pluris
 partibus, ueluti genus per proprias differentias, id est, ad ultimas
 species separari: atq; ea que multa sunt, in unum generum
 ratione colligere. Hanc igitur Plato Dialeticam dicit, Aristote-
 les uero, Logican uocat: quam (ut dictum est) Cicero defi-
 niuit, diligenter differendi rationem. Et huius uno quidem mo-
 do, tripla partitio est: omnis namque Logica disciplina, aut de-
 finit aliquid, aut partitur, aut colligit. Colligenai autem facultas
 triplice diversitate tractatur: aut enim ueris ac necessariis ar-
 gumentationibus dispositio decurrit, et Disciplina, uel Demo-
 stratio nuncupatur: aut tantum probabilitibus, & Dialectica di-
 citur: aut apertissime falsis, & sophistica, id est, cauillatoria,
 perh

perhibetur Logica igitur quæ est per veritatem differendi, uel de definitione, uel de partitione, uel de collectione, id est, uel de ueris ac necessariis, uel de probabilitibus, id est uerisimilibus, uel de sophistis, id est, cauillatorijs argumentationibus tractat. Has enim collectionis partes esse prædictimus. Atq; hec est una Logice partitio: in qua Dialecticam Aristoteles vocat facultatem per probabilitia colligendam. Rursus eiusdem Logice altera diuisio est, per quam diuidetur tota diligens ratio differendi in duas partes: unam inueniendi, & alteram iudicandi. Id autem uidetur etiam ipsa Logices definitio monstrare, nam quia Logica ratio differendi est, non potest ab inuentione esse separata. Cum enim nemo praeter inuentione differendi posset, differendi ratio, inuentio est ratio. Rursus, quoniam Logice diligens ratio differendi est, ab ea non potest absesse iudicium: ipsa enim diligentia rationis in differendo posita, iudicium est. Neq; enim potest quisquam diligenter differere, nisi iudicauerit quale sit, quod in disputationem sumitur. Quod si ad differendi ordinem diligentia rationis adhibetur, non est dubium quin hoc iudicium ad inuentionum varietatem sit accommodatum. His igitur ita expeditis, uidendum est, haec diuisiones quanam se cognitione contingant. Inuentio quippe ceteris omnibus, ueluti materia loco supponitur, hoc modo. Nisi enim inuentio fuerit, non potest esse uel definitio, uel partitio: quantum unumquodque generum uel differentiarum inuentione aut diuisimus, aut etiam definitimus. Nam uero, si absit inuentio, nequit esse collectio. Non erit igitur necessaria, nec uerisimilis, nec sophistica. Hæc enim tria inuentio superuenient, ut uel necessarium, uel probabile, uel cauillatorium sit argumentum. Necessest uero & probabilitas, & cauillatio, solum quædam sunt: quæ dum inuentionibus apstant, necessarie, uel probabilita, uel cauillatoria faciliunt argumenta. Eadem quoque rationes partitiones, definitio[n]esq; complectuntur. Indiscreta namque inuentio potest,

cum

cum definitiu[m], tum diuisibilis appellari potest: cum definitius, partiendo uerbo adhibetur. Quod hoc modo ex inuentione materia, & differentiarum supra positarum formam composta, rursus iudicationi materia fiunt. Nam prior illa partitio Logice tribus partibus segregata, ita partes explicat, ut habeat inuentio[n]em materiam singularium, ipsa uero iudicationi materiam præstat. Etenim cum definit uel rei propria diuisio[n]em facit, inuenit quidem diuisio[n]em, definitionisq; differentias accomodata: sed an recte uel definit, uel diuidat, iudicatione perpendit. Ita priores Logice partes, secundæ diuisio[n]is membra coniungunt: ut materiam quidem sui habeant inuentio[n]em: iudicationi uero sicut ipsæ materia. Quod in reliqua etiam colligendi parte contingit. Nam & ea, quæ de probabilitibus tractat, habet inuentio[n]em suam materiam, quæ uerisimilia reperit arguments, & de huiusmodi arguento iudicatio perpendit. Estenim iudicium hoc ipsum internoscendi, quod non necessaria inuentio est, sed uerisimilitudinem tenet. Illa quoque pars, que de necessariis argumentationibus aptatur, habet subiectam materiam necessaria inuentio[n]em: eiusq; est iudicium, ut cum necessaria sunt que inueniuntur, necessaria quoque esse perpendat. Nec non cauillandi pars, utraq; in se continet: quandoquidem & inueniri falsa possunt, & falsa esse iudicatione discerni. Quo fit, ut prior Logices diuisio[n]e, secundam etiam continere videatur. nam definitio, partitio, atq; collectio, inuentio[n]em continent & iudicium: quia neq; existere præter inuentio[n]em, neq; agnoscí præter iudicium, possunt. Sed cum omnis inuentio iudicationi subiecta sit, cumq; prioris definitionis partes sine utroq; esse non possint: eueniit, ut prima partitio inuentio[n]em iudiciumque coniungat. Secunda uero haec definitio, qua Cicero etiam partitur Logicam, segregat huiusmodi facultates, & inveniendi materiam à iudicationis parte lecerit. Iudicium uero, in colligendis ratione proprias partes habet. Nam omnis argumentatio, omnino

syllog

Syllogismus propositionibus struitur: omnēs compositum duo in se quædam retinet, quæ speculanda esse uidetur. Et quidem unum, quæ illa sint, ex quibus id, quod compositum est, intelligatur esse connexum: aliud uero, quanam sit suarum partium coniunctione compositum: ut in pariete, si quidem lapides ipsos, quibus paries structus est, inspicias, quasi materialia species: si uero ordinem compositionemque iunctur et consideres, tanquam de forme ratione perpendas. Item in argumentatione, quæ propositionibus compaginari, atque coniungi supraretulimus, gemina erit speculatio, et iudicandi via: Vnde, quæ propositionum ipsarum naturam discernit, ac iudicat, utrum uere ac necessarie sint an uerisimiles, an sophistis applicentur: et hec quasi materie speculatio est: altera uero pars iudicij est, quæ inter se propositionum iuncturas, compositionesque perpendit: hec quasi formam iudicat argumentorum. Quæ cum ita sint, hoc modo fit in continuum ducta partitione ut ratio diligens differendi, unam habeat inueniendi partem: alteram uero iudicandi, tum de ipsa Inventione, tum de intentionis collocacione quæ forma est argumentatione. Atque ea quidem pars, quæ de Inventione docet, quædam Inventionibus instrumenta suspectat et vocatur Topicæ. Cur autem hoc nomine nuncupata sit posterior dicam. Illa uero pars, quæ in iudicando posita est, quædam discernendi regulas subministrat, et vocatur Analytice: et si de propositionum iunctur et consideret, Analytice prior si uero de ipsis Inventionibus tractet, et quidem pars, ubi de discernendis necessarijs argumentis dicitur, Analytice posterior nuncupatur: ea uero, quæ de falsis atque cauillatoribus, id est, de sophistis, elenchi. De uerisimilibus uero argumentationum iudicio nihil uidetur esse tractatum idcirco, quoniam plana est atque expedita ratio iudicandi de medietate, cum quis extrema cognoverit. Stenam quis dijudicare necessaria sciat, tandemque falsorum argumentorum possit habere iudicium: uerisimilia, quæ in medio

dio collocata sunt, discernere non laborat. Expeditum igitur est ut arbitror, quid sit, quod ait Cicero, ratione diligentem differendi, duas hberae partes, Inueniendi unam, alteram iudicandi. Illud etiam diligentius expositum est, quæ sit ratio, quam Stoici Dialectici vocant: ea est enim quæ iudicandi peritiam tenet: et quod eodem nomine Plato partiendi per differentias, atque ad genus reuocandi facultatem uocet: quodq; eodem nomine Aristoteles non totam differendi artem, ut Stoici, sed eam tantum nuncupet, quæ de propria quæstione uerisimilibus colligat argumentis, atque ideo perfectius Aristoteles de Logica tractauit: quoniam de duobus, ultra quæ nihil est tertium, differunt, de inueniendo scilicet, et iudicando: cum Stoici, invenzione neglecta, iudicationis tantum instrumenta tradiderint. Atque ideo iure eos increpat Tullius: quoniam id maxime reliqueré, quod et natura prius, et usus potius erat: natura quidem: quia fieri non potest, ut de intentione iudicetur, nisi ipsa Inventione prius extiterit: Adiutum uero, quia longe utilius est, nuda, et præter artem prolatæ naturæ ali intentione suscepimus sepe tueri negotiorum, quam inueniente alio mutum ipsum, inermeque et tacitum uerò iudicium. Dat uero Tullius de utroq; sententiâ: et ait, summam pariter utilitatem in utroq; considerere: et se de utroq; si orium fuerit, uelle differere. Ab ea autem quæ prior est, id est invenzione, quam Topicen appellari diximus, ordinendum putat.

IOAN. VISORIVS.

Cum omnis ratio diligens differendi, Cicero Dialectici en intelligit, siveq; uerborum circuitu (quem τοποθεσία Graeci, Circumlocutionem Latini uocant) usus. Nec enim nomen Latinum habebat, quod Greco responderet, nisi Disputatricem vel Disputationem, sicut Rhetoricon Oratoriam et Oratricem, transferre voluisse. Sed eiusmodi traductiones Fabius 11. lib. reprehendit: quippe quæ serius Epitheta, id est, apposita sint, quam

quam appellationes: neq; nomen rei, neq; substantiam, sed qualitatem solum significant. Sane quemadmodum Literatura, Censura, Quæstura, Dictatur a dicitur, ita Disputatura uel discutenda dicendi foret, si certissima dicendi magistra consuetudo patetur. Verum Tullius nouitatem uestri non satis usitati reformidauit, sicut in Partitionibus Oratorijs Rhetorice neq; Eloquitoriam, neq; Elocutricem, neq; Eloquutram, sed Doctrinam dicendi, sermoni ambitu vocavit, & utrobius, quod uno uestro non potuit, pluribus expressit. Sed hec fortasse neque ea: quapropter ad institutum redemus. Diligens differendi ratio (quam Dialeticen vocavimus) proprii breuiter et dilucide sic definiri potest. Ars sermocinalis probabiliter dicendi ratione tradens. Probabiliter enim dicere, & diligenter differere pro codene accipimus. Est autem Probabile, quemadmodum Aristoteles primo Topicorum scribit, quod uel omnibus uidetur, uel plurimis, uel sapientibus, hisq; uel omnibus, uel spectatis, & probatis. Ut omnibus uidetur, Deum esse religiose colendum, exhibendam parentibus pietatem, compluribus, ut esse parandas opes, honores expetendos. Deinde sapientibus omnibus: meliorē esse diuinis cruditionibus, compluribus uero sapientibus, tameis non omnibus, uirtutem maximē esse eligendam: deniq; spectatis, ut quod Plato, quod Aristoteles dixit. Unde liquet id esse secundum Aristotelem Probabile, quod neq; dubitationis omnino, neq; fidicprosus est expers. Credibile et uerisimile idem facimus. Est enim uerisimile (sicut in Partitionibus Oratorijs Cicero definit) quod plerumq; ita fiat: ut Adolescentiam ad libidinem procluem esse. Credibilium tria genera Quintilianus facit. Unum firmissimum quod sepe accidit uel liberis a parentibus amari: Aliud uelut propensius, ut cum quireat ualeat in crastinum peruenturum: Tertium non repugnans, ut domi factum esse sursum ab eo, qui domi fiat. Rodolphus autem Agricola Probabile latius, quam Aristoteles & Cicero, cepit: pro eo omni, quod apte & consente

tanc de re proposita dicetur. Nam dñe que non solū à fide, sed etiam à facultate funditus abhorret, probabiliter dici (teste Rodolpho) potest, ut Lucianus probabile fecit homines posse in aues mutari: & apud Macrobium, fuerit ne prius ouum, an gallina: quorum utrumvis sumas, incredibile uidetur, de utroq; turnal.lib.ult. tamen credibiliter differitur. Insuper Heraclitus idem bonum cap.item ult. & malum esse probauit. Deniq; noua Academia nihil posse scriri uerisimile reddidit. Quod fit, ut Probabile uocetur quicquid pro conditione rei propositae quam aptissime ad fidem dicatur. Duas habeat partes. Cicero Dialeticen duas in partes, uidelicet Inventionem & Iudicionem distribuit: nec iniuria. Nullus enim diligenter differere potest, nisi prius de quo sit disputatus inuenatur. Deinde quod inuenatur, examinet, perpendat et explore. Nam Inuentio certos locos continet e quibus argumenta eiusq; rei uel confirmanda uel refutanda deponas. Iudicium vero formulas argumetandi, id est, syllogismos tractare, uel si maius Inductiones: item Enthymemas & Paralogismos (que Latinè dicuntur Exempla) tradit. Est autem Inuentio (sicut in Rhetoricis etiam Cicero finit) rerum uerarum, uel uerisimilium exogitatio, que causam probabilem reddant. At Iudicium, prudenter quodam est, que nos admonet, ut argumenta contraria uitemus, profutura queramus, communia negligamus, propria studiosae pars, multa relinquamus, acuta uenemus, que, quid è quoq; fiat, quid cuiq; sit consequens, quid contra repugnat uidet: que, quando sit aduersarius perfecta cogendus argumentatione, quando truncata fallendum, quando confidens hostis directo ductu, quando timet obliquu sit capiendus, docet. A Iudicio (ut sexto libro Quintilianus ait) Consilium non nullum diffat: nisi quod illud ostendentibus seribus adhibetur, hoc latenteribus & omnino nondum repertis aut dubijs. Et quod Iudicium frequentissime certum est, consilium uero ratio est quodam alio petiti, plerumq; plurā perpeniens & comparans, habensq;

in se Inventionem, & Iudicationem. Eandem ferme distributionem Dialecticę, quam nunc Cicero, Quintilianus libro quinto facit, cūm de Dialecticis loquens, inquit: Illi homines docti, & inter doctos uerum querentes, minutius & scrupulosius scrutantur omnia, & ad liquidum, confessumq; perducunt, ut qui sibi & inueniendi & iudicandi partes uendicent, quarum alteram totius, alteram qm̄q; vocant (Vtriusq; princeps Aristoteles fuit) Aristoteles octo libris Topicorum excogitandi argumentandi uiam docet, quemadmodum superius admonuimus. In Analyticis uero libris formam argumentandi, hoc est certam argumēti explorandi regulā tradidit. Stoici in altera elaboraverūt. Stoici de iuicio Dialectico multa literis mandauerūt: at de Inventione nihil posteritare reliquerunt. Stoici dicuntur, qui à Zenone profeti sunt: iudem propterea Stoici uocantur, quod eos Athenis Zenō sub Stoicis porticus Philosophiam doceret. H̄i sunt homines rigidi, & severi, felicitatem in sola uirtute repou-ruunt, nihil bonum esse, præter honestum, affectuerant. Corporis au-tem & fortune commoda uel incommoda, bona uel mala esse negant: sed præposita aut reiecta dicunt: ex quorum disciplinis Paradoxa Ciceroniana defumpia sunt. Eos Cicerio tertio de Oratore genus orationis habere dicit exile, iniustatum, abhor-rens ab auribus uulgū, absurdum, inane, & ieiunum: quos idem in Bruto mediocres in dicendo, sed in disputando doctissimos, & acutissimos esse scribit. De quibus item Quintilianus libro decimo. Minus, inquit, indulserunt eloquentia Stoici ueteres, sed cum honesta suadserunt, cum in eligendo probandoq; quod instituerant, plurimum ualuerunt, rebus acuti magis, quam oratione ma-gnifici. Rursus duodecimo: Stoici sicut copiam nitoremq; eloquentia preceptoribus suis deuulsa coegerant necesse est, ita nullos aut probare acutius, aut cōcludere subtilius cōtentum. Fam-sientia quam Dialecticen appellant. Non uideo quare par-tem iudicandi potius, quam inueniendi Dialecticen Stoici no-cent,

cent, cūm nomen Dialecticę Inventioni conuenientius esse ui-deatur, nā uerbum dialektou (unde Dialectica dicta est) disserere significat. Differere uero non possumus, nisi probabile ali-qui inuenierimus, quo rei cōtrouerse fidē facere cōuenit. Itaq; Aristoteles Inventionis præcepta tradidit. Dialecticę artificiū explicare dicitur. Porro Boëtius aliud esse differere, & aliud diligenter differere, probat: ut Inventionis sit differere, at diligenter differere, iudicij. Atqui (ut ex etymologia Dialecticę constat) nihil est aliud Dialectica, quam dissertatio. Quare no-men Dialecticę Inventionem melius, quam Iudicium significat. Huic obiectioni Quintilianus satisfacti, qui libro tertio sic scribit, Eum inueniē non puto, qui non iudicari. Nec enim quisquam dicitur contraria stulta, & communia inuenire, sed non uirasse. Inueniendi uero artem. (Quoniam pasto fieri pos-est, ut Stoici neglecta Inventione quicquam iudicent: cūm In-ventioni naturali ordine iudicium præcedat, nihilq; iudicari, nisi quod prius inuentum est, posit. Est enim iudicium (sicut ante docuimus) inuentu iam argumenti norma, que quod rude erat, & incultum expedit, & adornat: Quem tibi nodū sic soluimus. Inuenito, te & Quintiliiano, nobis cū imperitis cōnuans est, eāq; natura magis, quam arte comparatim tememus: Iudicium uero, totum est artis: unde fit, ut quod sponte nature nobis etiam no-lentibus se offert, reliquerint: at quod artis indiget, neq; nisi magno studio, meditatione longa, diuinoq; tempore potest ac-quiri, declarādum sumpererūt. Quae ad usum potior erat.) Certissima ratione Cicerio mouetur, ut Inventionem iudicio po-tiorem esse dicat. Nam Inventioni uis summa, robur, & pondus totius argumentationis tribuitur. Iudicio uero & concilia, con-textus, series, & elocutio, debetur: at qui sententia quantumvis indistincta & indigeta, inani, ieiuna, nec pondus habente di-ffinitione melior est, ad usum præcipue Oratorū. Nō enim Ora-tores iudicij partem curiosius obseruant: neque hæc argumen-tanda

tandi leges, quas iudicium Dialecticum continet, scrupulus si-
quuntur. Cum enim iudicium sit in ratiocinatione, primum proponere, tum assumere, postremo concludere: item in Inductione partes totum, formas genere priores dicere: præterea in exemplo similitudinem rei prius introducere, postea rem cuius similitudo est imago, colligere: deniq; in Enthymemate partem antecedentem preponere, tum consequentem collectionem conficeret: etiam certe lego. Oratores nec solitè, nec axii, nec superstitiose curant. Eset enim frigide prossus, et friuole cuiusdam nescio an cura dicam, an cauillationis, certe infantis et fastidij. Infantia quidem, quia nimirum potest aut minus disertum, aut magis puerile uideri, quam omnia, uelut puerum a magistro dictat, ad unam formam certum dicere. Fastidij quoq; quod necesse est eos sequi, qui nulla orationis uarietate tedium leuant. Quapropter Orator cuius argumentatio raro ad fidem directo tendit, ad motum uero frequentissime se inflectit, huiusmodi iudicium precepta odiosa, que fastidium parunt, refutat. Ordine naturæ certe prior. Cicero cum Quintiliano pugnare uidetur. Nam Quintilianus Inventionem sine iudicio nullam facit, neque illam sine hoc esse posse, libro tertio confirmat. At Cicero Inventionem iudicio priorem uult esse: potest igitur quis inuenisse, ut non iudicari. Verum hic scrupulus sic adim potest. Alterum altero quadrupliciter. Prius esse dicitur, natura, tempore, ordine, et dignitate. Naturæ prius est à quo consequentia non reuertitur, cuiusmodi sunt arboribus, inter quæ mutua, uel reciproca consequitio non est: sed una tantum ex parte ualeat. Id autem à quo non ualeat, prius natura dicimus: hoc modo specie prius est genus. ut Platanus est: igitur arbor est: non autem contra, nam potest arbor esse, ut non sit platanus: quare arbor naturæ prior est, quam platanus. Tempore prius dicitur, quod antiquius et uetus est, quodq; gravis temporis alterum precedit: ut dies hibernus hodiernus, hodiernus crastinus, crastinus perendino die prior est secundum tem-

pus. Porro Ordine prius est, quod situ, et positione precedit: ut si ab Atlantico oceano per fretum Gaditanum ad Nilum nauiges, tibi Mauritania prior est, quam Numidia: riuſ ſus haec prior, quam Africa minor. Insuper Africa minor prior est, quam Cyrenaica regio: tum sequitur Aegyptus, in qua Nilus est. Deniq; Dignitate prius illud est, quod prestantius. ut Dictator Magistro equiti prior est, Praetor Questore, Legato Consul, Legatus Tribuno, Tribunus Centurione, Centurio Decano, Decanus gregario militi. His igitur expositis, uideamus quanto modo inuenit iudicium sit prior. Cicero natura priorē facit: uerum id expositioni Aristotelice non conuenit. Nam secundum naturam, aucto Aristotele, prius dicitur, à quo cōficiū non reuertitur: utpote quod esse poſit sine eo, quo prius est. At, ut dicitur, Inuentio nō est sine iudicio. Quare secundum naturā Inuentio prior esse non uidetur. Ceterū huic obiectiōni responderi potest, alios esse modos natura prioris, ut causa efficiens quām effectus natura prior est: tanet ſi illa sine hoc esse nequeat: ſic, tamē ſi inuenit ſine iudicio nō fit tempore, natura tamē prior est. Quoniam in utraq; ſumma utilitas. Vtraq; pars Dialectices plurimum utilitas habet. Inuentio quidem, que locos inueniendorum argumentorum ſuggerit. Iudicium uero, quoniam diſponendis rebus, et ordine colloquandis, perspicuitatem gignit, et res ipsa oculis ſubjicit. Neque id modo prestat, uerum etiam, ut laqueos aduerfarī uiles, iſtuſq; ab illo intenfantos eluidas, et eidem in tua retia coniicias, implices, inuolias: unde ſe eximere, uel exoluere nequeat. Sane Crassus apud Ciceronē libro primo de Oratore, fructum quæ ex Dialectica conſequimur ostendens, inquit: Dialecticen formandas artibus apprime utilē esse, neque fieri poſſe, ut ceteras disciplinas ſine ope et adiumento Dialecticas adipiscamus. Porro Cicero in libris de Claris Oratoribus de utilitate Dialectices loquens, ait eam artē docre rem universam distribuere in partes, latetem explicare

definiendo, obscurum explanare interpretando: ambiguum pri-
mū uidere, dein distinguerē: pofremō habere regulā, qua ue-
ra & falſa iudicarētur, & que quibus propositis eſſent, queq;
noneſent consequentia. Idem ſtatiu m pōt eodem in tempore.
Dialecticen artuum omnium maximam uocat, quaſi lucē ad ea,
que confuſi ab alijs aut reſpondebantur, aut agebātur. Ariftoteles
in Topicis eam tribus uilem putauit, exercitationi diſ-
rendi, conſutando aduersario, & probandis aliarū artūm prin-
cipiis. Vranc⁹ perlequī cogitamus. De Inuentione &
Iudicio ſeſcripturū hoc libello pollicetur: qui tametfī de In-
uentione toto ferme opuſculo loquatur, de Iudicio tamen non-
nulla precepta inſerit, cum alibi ſepiuſcule, tū uero, ubi de an-
tecedētibus, cōsequentiibus, repugnantibus, & cōcludenti mo-
dis loquitur. Si fuerit otiūm.) Cūn hac ſcriberet (ut dixi-
mus) nauigabat Athenę, tyranidem Antonij Cōſulī ſu capitalis
inuaci fugiens, illuc toto Antonij Cōſulatu futurus, et tum
deum Roman rediuitus, cum P. Anſla & Hirtius Consulatum
inifſent. Ab ea, que prior eſt, ordiemur. Id eſt, ab In-
uentione nos incipitemus, que Iudicio prior eſt. Na prius eſt ut
materiā argumentandi inuenias, deinde inueniā formes, expo-
liſſ, & ornes. Inuenio materiā eſt, Iudicium uero forma:
illa in ſino partui ſimili eſt, hec uero in ſe comparatur. Nam
quemadmodum partus uirgīnus, inforiū eſt, & animalis effigie
proſuſ caret, eum tamen uirgā pariens lambendo format, ita in-
uentum argumentum primo forme eſt expers, at ubi Iudicium
illi acceſſit, abſoluſtūr, eiq; ſuprema manus imponitur.

BARTH. LATOMVS.

Cum omnis ratio diligens differendi.) Differendi ra-
tionem Logicien appellat Ariftoteles, canis pluribus libris ex-
pliſat, quibus inueniendi & iudicandi precepta continentia.
Differere enim diſputare eſt, & rem dubiam argumēti proba-
re argumentum autem & inuenientio ſic prior eſt: andum. In-
uentio

uentio locis conſtat, qui hoc libro traduntur: Iudicandi ratio
preceptis Syllogiſmorū cōtinetur, ex quibus intelligitur quo-
modo exponendum ſit argumentum, & accommodandum pro-
poſita, ut id quod intenditur, argumentatione rite efficiatur.

Cetera omnia in libello, ut invenientia, iudicia, &c. inveniuntur.

CVM omni ratio. Est finitio Dialectices, que nihil aliud
est, quam ratio & modus diligenter & composite differendi de
re quisunq; propria. Nam per Dialecticam hoc cōsequimur,
ut de themite aliquo oblatu, praece ad eum differere possi-
mus. Greci dicitur nos esse rationabiliter. Dialecticam autem
dipuadrem uocem. Inueniendu uero est in fabrili lib.
3 illa pars Dialectices inueniendi, quae uero est appellata
dialecticam locarem, in qua locos de numeris ne
aperta de themis quibus aut posse, com. 17. 2. est de lpe-
tia, id quod tractandum proponit. Cetera sunt similes non
intelliguntur, ut fides, spes, charitas, aut compositione, ut sit etiam
inergit, ut Cognitio Topicorum in ipsius tractatu, sed necesse mo-

Alteram iudicandi. Fidei ratione uero est: causa of-
ficiacionis inducere si ne res specie, genus, affectus, propter
accidentes, substantia, qualitas, quantitas, etiam: ut hoc cum
alii in uno complexe, prius existat, postea, est effectuum
inducere si ne res sibi conformata, sive invenientia, ut in
enarrari, necessaria, contingens, impossibile, ut sit ut
ceps Aristoteles. Num Dialecticam inueniendu, ut sit ex po-
complexus est in lib. Posteriorum faciendo, cum determina-
tingit, dum communis sit quae uero est omnia genera. Nam
quid sit possumus, scilicet per se, ut sit, ut sit, ut sit, prior uiginti
eius tam aliam aliam, et ac non uisa, nec satis, dici uen-
ter. Porro pars in Dialecticam, natus in Categories, in
Peripherem, & in aliis libris. Ordine natura
natura nobis prescribit ut prius inueniendu, quam inven-

CICERO.

Vtigitur earum rerum, qua abscondit uero
demonstrato & notato loco, facilis inuenit uero est:

sic

Sic cum peruestigare argumentum aliquod uo-
lumus, Locos nosse debemus. Sic enim appellata
ex ab Aristotele sunt haec quasi sedes, eis quibus
argumenta promuntur. Itaque licet definire Lo-
cum nosse argumenti sedem: Argumentum au-
tem, rationem, quae rei dubiae faciat fidem.

SEVER. BOETIVS.

POST divisionem Logice discipline, quam diligentem
differendi rationem esse definiuit, de Topicis, que inuenientia
ars esse predicta est, expedire contenta. Ac primum quid sint
Locis termino definitionis includit, eiusq; artis, que Topicis di-
citur, sub exempli quadam claritate intentionem designat. Est
enim Topicis intentio, argumentorum facilis inuictio. Non igi-
tur inventre docet Topicis, quod est naturalis ingenii: sed faci-
lius inuenire. omnis quippe ars imitatur naturam: atque ab hac
materia suscepta, rationes ipsa, ut inq; confirmat, ut et facilius
id quod ars queque promittit, tum elegans fiat uel pa-
riete, sive naturalis ingenii est, sed arte fit melius. Argumentum
ratio est, que rei dubiae faciat fidem. Multa enim sint que
faciunt fidem, sed quia rationes non sunt, ne argumenta quidem
esse possunt, ut, uis facit fidem bis que uidentur: sed quia ra-
tio non est uis, ne Argumentum quidem esse potest. Differen-
tiatum uero uis sumpfit eam, que faciat fidem, omne enim argu-
mentum facit fidem. Si igitur iuxterimus Genus ac Differentia,
& idem Argumentum dicamus, quod rationem, qua facit fidem,
num tota Argumendi natura monstrat, sit Minime. Quod si eius
rei, de qua nemo dubitat, aliqua ratione facere quis fidem ue-
lit, num idcirco illa, quod fidem faciat, vocabitur Argumentum
est. Nullo modo. Argumentum namque est, quod rem arguit,
id est, probat: nihil uero est probari, nisi dubium potest. Nisi ergo
sit res ambigua, & ad eam ratio fidem faciens afferatur, Argu-
mentum

mentum esse non poterit. Addita igitur alia Differētia, que est, rei dubiae, facta est integrā definitio Argumenti, ex Genere & dubiis Differētis cōstantis: Genere quidem ratione: una uero Differētia, quod faciat fidem: altera uero, quod rei dubiae: ut sit tota definitio, id est Argumentum, quod sit ratio rei dubiae faciens fidem. Quia cum ita sint, necesse est, ut ubi dubitatur aliiquid, ibi sit Questio. Quod si Argumentum pr̄ter rem dubiam effici poterit, nullo modo est pr̄ter Questionem potest. Questionis uero, est dubitabilis propositio. Propositio uero, est omni uero, summe designans. Omnis igitur Propositio, sine constante aīque pronuntiatiōne proferatur, ut si quis dicat, Omnis homo animal est, sive ad interrogatiōne dirigatur, ut si quis interroget, Pūas ne omnis homo animal est, retinet propriū nomen, & Propositio nuncupatur. At si eadem, sicut dubitabilis proferatur, sit Questio: uelut si quis querat, an omnīshomo animal sit? Quod autem modis Questio diuidatur, nūc explicandi locus non uidetur accommodatus: sed in ijs libris dictis, quos de Topicis Differētis formare molimur. Ad Questionem igitur, id est, ad dubitabilem propositionē omnis intentio dirigitur argumenti: non uero ut totam cōprobet Questionem, sed ut partem eius ratione confirmet: neq; enim tota Questio defenditur, sed uocatio que libet pars argumentatione firmatur. Nemo enim defendit cœlum rotundum esse, & non esse: si enim in quis defendere, totam Questionem uidetur probare. Sed cum ita cōsideratur, utrum cœlum rotundum sit, an non sit in una tantum consistit Questionis parte defensio, sine que affirmat, siue que negat. Omnis enim Questio cōtrariis contradictionibus constat. Nam siqua res ab altero affirmetur, negetur ab altero: totum hoc, contradictionem nuncupatur, ut si quis dicas, Cœlum rotundum est, alter neget, dices, Cœlum rotundum non est. Cœlum rotundum esse, & non esse, Contradictio perhibetur. Dubitabilis uero propositio, quam Questione est pre-diximus,

diximus, & affirmationem in se continet, & negationem, hoc ipso enim quia dubitabilis est. Contradictionem uidetur inclidere. Cum enim dubitat quis, utrum ne cœlum rotundum sit, siue adiungat, An non sit, siue reticeat, ipsa dubitatio partem secum alteram trahit. Si enim unam partem Propositio tueatur, dubitabilis non est, atq; idcirco nec Questio. Cum igitur omnis Questio duas habeat partes, affirmationis unam, alterā negationis: necesse est, ut sit semper ex alterutra parte defensio, ut unus quidem, affirmationis partē, negationis alter defendat: et hic quidem, ad aſtrudam affirmationem, ille uero ad deſtruendam, que potuerit argumenta perquirat. Nihil uero interest, utrum quis affirmationem ponat, an deſtruat negationem: aut negationem defendat, an oppugnet affirmationē. Age enim sit Questio, Utrum cœlum rotundum sit. Si quis eam sibi Questionis partem aſſumpserit, que eſſe defendit, ad eam cōſtituendam cuncta, necesse est sibi comparet argumenta: atque in hac affirmatione quidem ponit, sed deſtruit negationem: si quis uero id neget, ac dicat non eſſe cœlum rotundum: sumpsit sibi partem alteram Questionis, que fuerat reliqua, id est, negationem, in eāq; consitit: et ad hanc approbadam perquisitus utitur argumentis, itaque negationem ponit, et labefactat affirmationem. Que cum ita sint, demonstratum arbitror, non totam Questionem, sed eius aliquam partem ad defensionem uenire. Sed quod quisque defendet, ad id quoque argumenta perquirit. Ad partē igitur Questionis aſtrudam, deſtruendam, ue argumenta sumuntur, atque haec quidem si quis minus intelligit, nō ea à nobis obſcurē dicta esse cauſetur. Si enim, que in Dialectica, uel à nobis dicta Latina oratione, uel a Græcis scripta sunt, ignorabit, mirum est siquam partem eorum, que dicimus, aduertere ualeat, nēdum stupeamus, quod non omnia comprehendat. Sed quoniam dubitabilem Propositionem, Questionem esse pre-diximus, euenit, ut quas partes habeat Proposi-

tio, eadem etiā Quæstio retinere uidetur. Omnis autem simplex Propositio duas habet partes in terminis constitutas. Simplex uero propositio est huiusmodi: Omnis homo animal est. Terminos uero uoco simplices orationis partes, que continent propositionem, ut Animal, et Homo. Hi uero sunt Prædicatus atque Subiectus. Prædicatus est in propositione maior terminus collocatus: Subiectus uero minor. Major uero terminus, de subiecto dicitur: minor autem de maiore nullo modo prædicatus. ut Animal, quoniam maius est, quam homo, de homine prædicatur, dicitur enim: Omnis homo animal est; homo uero de animali non dicitur. Nemo enim uero dicit: Omne animal homo est. Hac igitur ratione internoscere possumus qui terminus in propositione maior, qui uero sit minor. Omnis autem quæstio, ut dictum est, quoniam dubitabilis partes habet, et ad eadem cōprobandas argumēta sumuntur; necesse est, ut quicquid in questionibus cōprobetur, id argūmentorum ratione firmetur. Argumentum uero, nisi sit oratione prolatum, et propositionum contextione dispositum, fidem facere dubitationi non poterit. Ergo illa per propositiones prolatas, ac dispositio argumenti, Argumentatio nuncupatur: que dicitur Enthymema, vel Syllogismus: cuius definitionem in Topicis differentijs apertius explanabimus. Omnis uero syllogismus vel enthymema propositionibus constat: omne igitur argumēta ex syllogismo vel enthymate præseruit. Enthymema uero est imperfectus syllogismus, cuius aliqua partes, vel propter breuitatem, vel propter nouitiam præternissa sunt. Inque hæc quoque argumentatio à syllogismi genere non recedit. Quoniam igitur syllogismus omnibus propositionibus cōstat, propositiones uero terminus, terminis inter se differunt, cō quod unus maior, alter minor: fieri non potest, ut ex propositionibus conclusio nascatur, nisi per terminos progressæ propositiones, extremos terminos aliquis tertij medietate coniunxerint, id facilissimo demonstratur exēp̄.

Sit enim quæstio, utrum homo substantia sit: an minime. Sumo tibi quæstionis partem alteram cōprobandam: ea est, Hominem esse substantiam. In hac igitur duo sunt termini: substantia, atque Homo: quorum maior, substantia: homo uero, minor: quod ex eo quoque poterit ostendī, quoniam posterius substantia in prolatione præfertur: ut in hoc ipso quod dicimus, Homo substantia est: prius hominem, posterius substantia nominamus. Ut igitur substantiam atq; hominem iungamus: necesse est medium terminum reperiri, qui utroque copulet terminos: hic sit Animal, sc̄i q; una propositio, Omnis homo animal est. In hac igitur propositione, Animal prædicatur, Homo subiectur. Rursum adiungo, Omne autem animal substantia est. In hac rursus Animal supponitur, Substantia prædicatur. Itaque cōcludo, Omnis homo substantia est: ac per hoc, homo quidem semper subiectus est. Animal uero ad hominem quidem prædicatum est: ad substantiam uero subiectum: Substantia uero ipsa semper prædicata permanxit. Unde fit, ut minor quidem sit Homo, Major uero hominē Substantia, mediis autem terminis Animal. Quoniam igitur extremi termini mediis interpositione copulantur, cō quod modo quæstionis inter se membra conuenient, adhibitaq; probatio soluit dubitatio: nihil est aliud argumentum, quam medietatis inuentio. Hæc enim vel coniungere, si affirmatio defendatur: vel distingere, si negatio uincetur, poterit extremos. Que cum ita sint duarum propositionum, et tertie conclusionis, Major quidem propositio dicitur ea, que maiorem terminum cōtinet: id est, in qua maior quidem prædicatur, medium uero supponitur, ut Omne animal substantia est. Minor uero propositio, que mediū quidem terminum prædicat, subiectū autem minorem, ut Omnis homo animal est. Sed quoniam à maiori bus necesse est minor a descendere: eius conclusionis, que ex duabus propositis nascitur, illa quasi propria effectrix propositio uidetur esse. Que prima est: hec autem est, Omnis homo substantia

S. D. S. U. L. Z.

Substantia est quod qui Priors, Postioresque nostros Analyticos quo ab Aristotele translatis legit, minime dubitat. Sed si quisque illic scripta sunt nesciens, ad hanc legendam proriperit, etiam strationem rerum, quas non intelligit, minime comprehendit: ita tamen, ut dictum est, esse confidat, scilicet id in Aristotelis Analytics uberiorum inuenturum esse, si legerit, arbitratur. Natura igitur rerum fert, ut ubi quid maius ac minus, etiam ibi maximum quoque aliquid inesse necesse sit. Quo fit, ut sint quedam maxima propositiones: quomodo minores, maioresque esse monstrauimus, quarum natura, ex simplicium propositionum partitione sumenda est. Omnis enim simplex propositionem Affermativa est, vel Negativa: earumque aliae sunt Universales, ut Omnis homo iustus est, Nullus homo iunctus est; aliae Particulares, ut Quidam homo iustus est: aliae Indefinitae, ut Homo iustus est, Homo iustus non est, aliae singulares, aliquid atque individuum continentis, ut Cato iustus est, Cato iustus non est. Harumque omnium, aliae sunt Dubitables, aliae Indubitate. Superius igitur ac maximis propositiones vocamus, que et universales sunt, et ita nota, atque manifestae, ut probatio non egeant, ea que potius, que in dubitatione sunt, probant. Namque indubitate sunt, ambiguorum demonstrationis solent esse principia: qualis est, Omne numerum vel parem esse, vel imparem: et Aequalia relinquunt, si equalibus aequalia detrahantur: tur, id est, uniuersales ac notissimas propositiones, ex quibus syllogismorum conclusio descendit, in Topicis ab Aristotele conscriptis, Locos appellatos esse per se proximus. Quod enim maxime sunt, id est, uniuersales propositiones, reliquias in se, vel loci corpora, complectuntur: quod uero notissime, atque manifeste sunt, fidem questionibus prestant, eo que modo ambiguarum rerum continent probationes. Has autem aliquoties quidem in ipsis syllogismis, atque argumentationibus inherere
conf

conspicimus: alias uero, in ipsis argumentationibus minime continentur: uim tamen argumentationibus subministrant. Ut si uelius ostendere, Regnum esse melius, quam Consulatum, diuinus: Regnum, cum sit bonum, diuinius est, quam consulatum: Omne uero, quod est diuinius bonum, melius est eo quod parui est temporis: Regnum igitur melius est Consulatum. Hic igitur maxima propositio, atque uniuersalis, et per se cognita, neque indigens probatione, argumentatione inserta est: ea uero est. Omnia que diuiniora sunt bona, meliora esse his que sunt temporis breuitate conficit. Ac si uelius ostendere, non esse inuidum qui sapiens sit, dicimus: Inuidus est, qui mox aliena felicitate: non autem sapiens est, quem felicitas aliena contristat: non est igitur inuidus sapiens. Hic maxima propositio, argumentationi non uidetur inclusa, sed extrinsecus postea, syllogismo tamen vires monstrat: hec uero est, Quorum diversae sunt definitiones diuersas esse substantias. Quisquis igitur vel Aristotelis Graeca, vel nostra ab Aristotele translata Topica perspicerit, has illic propositiones Locos inueniet nucupartaque sunt maxime, atque uniuersales, vel per se necessarie, vel per se probabiles, ac nota. Sed quoniam has propositiones plures, ac penitus innumerabiles esse necesse est: restat ahdic, quod amplius ratio speculationis ascendet. Possimus enim diligentius tractatu considerationis adhibito, omnium maximarum atque uniuersalium propositionum differentias perpendere, atque innumerabilem maximarum propositionum, ac per se notarum multitudinem, in pauca atque uniuersales colligere differentias, ut et alias dicamus in definitione consistere, alias in genere, atque alias alio modo: quod paulo post apertius demonstrabo. Omnes igitur maxime propositiones quaecunque sub definitione, uerbi gratia, rationem cadunt, uno definitionis nomine continetur. Et sicut illae reliquarum propositionum loci esse dicebantur, quod eas intra suum ambitum continentur: ita

ita ipsarum maximarum atque uniuersalium propositionum, quas minorum propositionum locos esse prædictimus, illæ differentiae, esti non uerè, tamen quādā uelut imagine, loci esse uidebuntur, in quas fuerint convenienter ratione reductæ. Sed istæ locorum, id est, propositionum maximarum differentiae, quas etiam ipsos locos nominamus, possunt subiectarum propositionum etiā genera nuncupari. Nam differentiae continentes etiam genera cōmuniter possunt uideri: ut Irrationale cū à Rationali, uelut diuisibili differentia dissidat; tamen equi uel canis, & differentia specifica est, & ad eos locū generis tenet: namq; Animal irrationalib; equi genus est. Iactam in maximis propositionibus. Nam quod aliæ sunt ex toto, aliæ ex partibus, hec inter se comparare differentie diuisibili sunt: ad ipsas uero maximas propositiones differentiarum continentia, ueluti generis loco sunt. Nam propositionis ex toto uenientis genus est id ipsum, quod uocatur ex toto. Item propositionis à partibus ductæ, quamvis note, atque manifeste, genus est, quod à partibus, & ceteræ differentie eorum propositionum, que cun sint maxima, tamen eisdem uidentur includi, uelut quedam genera sint. Quæ uero sint hec differentiae, paulo posteriori differant, de his igitur nūc locis tractare Tullius i. situit, qui maximas propositiones, quas superiorius diximus, id est per se notas atq; uniuersales contineat, atque includent. Hec uero sunt maximarum differentiarum propositionum. De uniuersalium igitur enuntiationib; per se, notarum differentiis differit, ut sit integrè locus argumenti sedes. Nam si argumētum omne per propositiones ad conclusionem usque perducitur, omnes uero reliquæ propositiones in prima, maximaq; propositione continentur, ipsaq; prima ac maxima propositione tum est pars argumentationis, id est, syllogismi, tum extra postea argumentationi uires ministrat: ut utroq; modo, quoniam perficit argumentum, pars argumentationis esse uiceatur: non est dubium, quin hec differentiae que propositiones

nes

res maximas continent, eadem omnes etiam continent argumentationes: ut maximarum propositionum differentiae iure loci argumentorum, & quasi quedam ultime sedes esse uidebuntur. Nam ex his quatuor significacionibus appellationum duarum, argumentationis scilicet atque argumenti, unaquamlibet esse necesse est. Aut enim elocutio & contextio ipsa propositionum cum maximis propositionibus, uel extra syllogismum positis, uel in eodem inclusis, Argumentatio uocatur, Argumentum uero, mens & sententia syllogismi: Aut elocutio ratiocinationis cum maximis propositionibus & sententia syllogismi, Argumentum esse dicentur: ut idem sit argumentum, quod argumentatio: Aut Argumentatio quidem uocabitur, tota contextio syllogismi cum sententia: sed Argumentum maxima propositiō. Aut integer ratiocinationis ordo, p.ter maximas propositiones, Argumentatio dicitur: sententiā uero argumentatio: Argumentum reliqua uero maxima propositio, Locus. Sed cū hac ita sint: siue quis ipsarum propositionum contextio nem, & usque ad conclusionem continuum ductum, cum maxima propositione, uel extra postea Argumentum uocet: non est dubium, quin totius ratiocinationis locus ille sit, qui est maxime propositionis differentia: continet enim maximam propositionem, in qua propositiones ceteræ continentur. Siue Argumentationem quidem totam ratiocinationis contextio nem uocari placeat, Argumentū uero maximā propositionem rursum recte locus putabitur maxime propositionis differentia, quæ argumentum claudit & continet. Quod si argumentū quidem, sensus ipse totius ratiocinationis intelligatur, Argumentatio

uero

uerò integrar a ratiocinationis prolatione, extra uero, & ab utrisque diversum ualens, uelut locus quidem consideretur; sic quoque maximarum differentiarum propositionum loci esse uidetur. Nam cum differentia ipsa maximam propositionem contineat, eius p̄fit locus: maxima uero propositio argumentationi uel argumento uires ministret: non est dubium, quin ea toti argumento locus esse uidetur, quod totum intra maximam propositionis ambitum claudit. Demonstratum igitur est, que sunt argumentorum sedes, id est, ubi argumenta clauduntur: hec sunt autem maximumrum propositionum differentiae, que vocantur Loci, quid etiam argumentum: quoniam est rei dubia faciens fidem; que sit uero res dubia, id est, pars altera questionis: quid sit quaestio, id est, dubitabilis propositio: quid sit simplex propositio, id est, enuntiatio, que predicato & subiecto termino contineatur, uerum falso uerum designans: que omnia meminisse oportet. Maximumrum enim propositionum differentiae, quas locos esse praediximus, ab his ducuntur termini, qui prius in propositione sunt, posterius in questione considerantur, predicato scilicet, atque subiecto. Ex his etiam, que superius dicta sunt, quid dissentit Topicus Ciceronis, atque Aristotelis, apparuit. Aristoteles namque de maximis propositionibus differit: has enim Locos argumentum esse posuit, ut nos quoque supra retulimus. Tullius uero Locus, non maximas propositiones, sed eorum contenentes differentias, uocat: ac de his docere contendit.

IOAN. VISORIVS.

Vt igitur, Venator, qui dubius errat & incertus uagatur, nescius quibus in latibulis ferre delitescant, raro predam domum refert. Is contra, qui ferarum domicilia cognoscit, re semper onustus praedicta discedit. Ita quisquis argumenta cupit inuenire, certos quoq;dam prescriptosq; locos cognoscere oportet, & quibus uelut è latebris, argumenta ducatur. Sic enim appellatae Aristoteles in Topicis Locos sedes, id est, præptuaria quedam

dam, & uelut reconitoria uocat, in quibus argumenta latent, & unde ad rem quamq; confirmandam, uel informandam eruuntur. Itaque licet definire locum.) Loci duplex est apud Rhetores & Dialecticos significatio: Prior qua Locos communes intelligimus, qui in digressionibus, & amplificationibus per se uerentur: aut: ut luxuria & adulterium, & similia. Eiusmodi locos communes. Rodolphus maiores ratiocinationis propositiones appellat. Posterior, de qua nunc agitur. Iaq; quemadmodum in sanctiore quodam arario pecunie publice reconduuntur, ut cum ijs opus fuerit, inde peiantur, sic in locis argumenta sita sunt, & quibus, cum quid astruere uel infringere uolumus, ea deprimimus. Locum Rodol. significatio in me describit, ut sit communis quædam rei nota, cuius a dominitu, quid in quaqr; re probable sit, impeniri potest. Vt enim ferre & uel lapide mali, quas crucibus in biujis affixa uidemus, indicat uiatori, quid uerendum sit iter: ita loci cum, qui inuenire cupit argumenta, uelut in manu apprehensum ducunt eò, quod tendit. Argumentum autem.) Argumentum plura significat: Nam omnis ad scribendum destinata materia sic uocatur. Alterum Argumentum est ratio per ea que certa sunt fidem dubijs adfrenens: de eo nunc loquimur. Id autem Quintilianus sic finit, Argumentum est ratio probatione prestans, qua colligitur aliud per aliud: & que quod est dubium, per id quod dubium non est, confirmat. Vnde fit, ut quicquid alterius probationi adhibetur, Argumentum uocari debeat. Quare tametsi Quintil. Argumentum speciem probationis artificialis esse dicit, ita canem ab eo describitur, ut probationem significare videatur. Siquidem cum Tullius argumentum nomine probationem omnem intelligat, cum eius expositione Quis illanit respondet expositio, sic ut recurvat, & obambulet. Nihil enim differunt, ratio per ea que certa sunt fidem dubijs adferens, & ratio rei dubie fidem faciens: quia quicquid fidem facit id ipsum certum esse oportet: dubijs enim dubia quia confir-

d mari

mari possunt: Quædam tamen in alterius probationem rei sumuntur, quæ probanda sunt, sed argumenti nomen non retinet, Quædætiones vocantur. Ita enim, ut cœperint certa, incertorum argumenta fiant. Nulla enim firmiora sunt ijs, quæ ex dubijs certa facta sunt. Ita q; quemadmodum tenebre oculos nunquam admittent, nisi illato dicunt lumine, sic omnis res dubia certitudinem suam ex alijs probationibus & magis exploratis colligit. Argumentum autem triplex est. Nec exarium, ut apodixis. Probabile, ut Epichrema. Fallax, ut Sophisma. de probabilitate non fit sermo. Rationem,) Exponas, rei probabilis excogitationem. Nam quod in partitionibus probabile inuentum Cicero uocat, id nane rationem appellat. Quæ rei dubiae faciat fidem.) In rebus enim aperiis argumentari tam ridiculum est, quam stultum est in clarissimū solem mortale lumen inferre. Dicit tamen Quintilianus, Graecos indubitate colligere, & probare confessa. Verium eos arguit. Preterea non est dubium aliquando certa probari, sed non, ut certa sunt. Nam tametsi ex sua natura nihil dubius contineant, ita tamen de ijs nunc agitur, ac si dubia sint: ut si Deos esse Luciano, uel Plinio, aut cuiuslibet alij dœi qui Deos esse neget, probes, iam, quæ certa sunt, probas. Quid enim certius est, quam Deos esse? non tamen ut certa confirmas, sed quia tibi negata sunt, quomodo Cicero lib. primo de Diuinatione, diuinatione esse probauit, quam certò esse scimus, probat tamen ita, ac si eam esse dubium esset, cùm scribit: Si sunt Dij, neq; ante declarant hominibus quæ futura sunt, aut non diligunt homines, aut quid euenterum sit ignorant, aut existimant nihil interest hominum seire quid sit futurum, aut non censem esse sue maiestatis præsignificare hominibus quæ sunt futura, aut ea ne ipsi quidem Dij significare possunt. At neq; non diligunt nos: sunt enim beneficii, generis, hominum amici) neque ignorantia quæ ab ipsi constituta, & designata sunt: neq; nostra nihil interest seire ea, quæ cœitura sunt: Crimini enim cautio res s;

TOPICA.

51

res si sciamus;) neq; hoc alienum ducunt à maiestate sua: nihil enim est beneficium praestantis: neq; non possunt futura prenoscere. Non igitur sunt Dij, nec significant futura: sunt autem Dij, significant ergo. Et si non significant, nullas uias dant nobis ad significacionis scientiam, frustra enim significant: nec si dent uias, non est diuinatio: est igitur diuinatio.

BARTH. LATOMVS.

Demonstrato & norato loco.) Sunt enim loci, ut sedes, ita nota quædam ac signa argumentorum, sicut ipse tradit in libro de Oratore: quod & Rodolphus Agricola secutus est, qui locū definit esse notam, causam adnotit, quid in re quaque probabile sit facilimè inueniatur. Locum esse argumenti sedem.) Sed dem dicit per similitudinem, quasi domicilium & quoddam habitiaculum argumenti, ubi querendum sit differenti, & unde, tanquam latere, eruidiri. Illud autem ignorandum non est, argumenta & inueniri ex locis, & ex eiusdem uim probandi ducere. Itaque sit ut que locorum natura ac proprietas est, eadem sit & argumentorum: quam qui significare uolunt, non solum enumerant L ocos, sed & maximas eorum proferunt. Sic enim appellant certas quædam ex perpetuas sententias, quibus uis ac potestate uniuscuiusque loci comprehendit. Ha sunt huiusmodi, Definitio ab eo quod definitur nunquam separatur, neque partes à toto, neq; nota ab eo quod significatur. Genus à specie separari potest, species à genere non potest. Causa necessaria cum effectu semper coheret, non necessaria non semper coheret. Differentia, contraria, & repugnantia non possunt in idem conuenire. A diuincta coherens cum eo cui adiunguntur, sed non necessaria: Antecedentia autem & consequentia necessariò coherent. Parium & similium eadem est ratio. In maiori quod non ualeat, nec in minori: & quod ualeat in minori, etiam in majori ualebit. Quæ sententias Aristoteles diligenter persecutus est in Topicis, & pro locis ipsis posuit, quoniam non re ab illis, sed so-

d 2 la pre

la precipiti ratione distinguntur. Argumentum autem rationem. Ratio est causa cognoscendi, hoc est, id per quod aliud cognoscitur. Itaque argumentum adhibetur re dubie, id est, questioni probande, ut de ea faciat fidem. Exponitur autem in probando certi sententij, quae uel necessaria, uel propensius creduntur: que si rite ex lege argumentationis exposta fuerint, fit necessaria conclusio: si minus, dissoluitur quod coniectum fuit. Atque in hoc est structura argumentationis, & indicanda eius ratio, cum in locis sit inuentio argumenti.

V

LEGEND. *Tannaz*

Argumentum autem i) Dicit argumentum debere esse rationem, id est, id propter quod aliquid sit uerum, uel falsum, quod rei dubiae, id est, de qua dubium est, sit ne uero consentanea nec ne faciat fidem: id est probabilem, uerisimilarem, ut is qui audiat, credat. Exempla: Si dubitatur an inter Piladem & Orestem sit amicitia, huic dubio argumento sit fides: argumentum uero cernitur ex uoce Amicitia. Quid est Amicitia? Est uoluatum studiorum, sententiarum summa consensio. Sed inter Piladem & Orestem est talis consensio: ergo inter Piladem & Orestem est amicitia. Vbi iuuentum nostro oportet ratiocinandi formulas ex prima, secunda, tertia, figuris syllogisticis. Item si dubitatur an Cesar, quamvis tyrannus, interficiendus fuerit, argumentis palam fieri, & quidem illis. Magistratus omnis est a Deo constitutus: nefas est, quod Deus constituit, humana temeritate pessundare: ergo etiam nefas fuit Cesarē magistratu a deo constitutū quamvis tyrannū occidere. Præterea præstat tyrannū habere magistratū, quam uox dicit, id est sine magistratu esse populum: Sed occiso Cesarē uox dicit, nefas est, cum ille unus & exercitum teneret, & Remp. constitueret.

CICE

Sed ex his locis, in quibus argumenta inclusa sunt, alij in eo ipso, de quo agitur, harent, alij assumuntur extrinsecus. In ipso, tum ex toto, tum ex partibus eius, tum ex nota, tum ex his rebus, quae quodammodo affecta sunt ad id, de quo queritur. Extrinsecus autem ea dicuntur, quae absunt longe ex dissimilitudine sunt.

SEVER. BOETIVS.

P O S T definitionem loci, atque argumenti, facit plenissimam diuisiōnem locorum. Ac primum, quoniam omnis diuisio cuncta debet amplecti, nec superfluum quicquam interponere, nec omittre quod sit necessarium: id M. Tullius proposita diuisione perficit, dicens, Ex his locis in quibus argumenta inclusa sunt alios in eo ipso, de quo agitur harent, alios extrinsecus assumi. Nihil enim huic diuisioni posse uidetur addi, uel minui: quoniam quidem breuiter cuncta complectitur. Argumentorum enim loci quicunque sumuntur, aut in ipso, de quo agitur, harent, aut minime. Id autem Minime extrinsecus positos esse designat. Quod si inter id quod dicimus, in ipso de quo agitur harent argumentorum locos, & non harent, nihil est medium (inter affirmationem enim atque negationem nulla est medietas) cumq[ue] in ipso, de quo agitur, non harent locū argumenti, id sit, extrinsecus assimi, dubium non est, quin nihil inter sit medium inter ea argumenta, quorum in ipso harent loci, de quo agitur, & ea quorum extrinsecus assumuntur. Sed quid ipsum sit de quo agitur, facilior explanatio est, si eorum que prius dicta sunt, meminerimus. Nam cum de questione loquerentur, eandem diximus esse Questiones, que est dubitabilis propositio. Sed quoniam propositio subiecto, predicatorum, constaret: Questiones quoq[ue] diximus subiecto, predicatorum, coniungi. Predicatum igitur uel sub-

iectum, hoc est ipsum de quo agitur. Nam cum de alterutra que
stionis parte dubitetur, id in hac ambiguitate queritur, utrum
predicatus terminus inesse subiecto videatur, an minime. Nam
cum omnis questio in affirmationem, negationemque dividatur si
predicatus subiecto inest, fit ex eo uera affirmatio, si non inest,
fit uera negatio. Sed in questionibus dilectis, alter affirmati-
onem, alter negationem tuerit: id est alter predicatum inesse
subiecto, alter non inesse defendit. Quod uero ex alterutra parte
defenditur: hoc est ipsum de quo agitur. Ipsum igitur est predi-
catus terminus, uel subiectus de quibus agitur. Atq; id exemplo
clarius fiat. Sit questio, An Verres furtum fecerit. Hic Verres,
subiectum est: Furtum facere, predicatum: quod si furtum Verri
coniungitur, idque argumentationis comprobatur: questionis
affirmatio demonstrata est: si furtum a Verre sciungitur, que-
stionis rursus negatio comprobatur. Ipsum itaq; de quo agitur
nihil est, nisi uterlibet eorum terminus, qui in questione propo-
nuntur, siue predicatus, siue etiam subiectus. Qui quidem termini
per se argumenta esse non possunt: neque uero per se argumen-
ta prestat. si enim ipsi, ut sunt, argumenta esse possent, uel ar-
gumentorum prestat materialia: nullam in questione linquen-
tent dubitationem. Sed quoniam de ipsis adhuc in questione du-
bitatur, an eorum posse sit etiam coniunctio: ipsi quidem neque
per se argumenta esse, nec per se argumenta prestat poterunt:
ea uero que in ipsis insunt uel extrinsecus posita sunt argumen-
torum copiam subministrant. Nam quod Victorinus querit,
& latius explicat: ne commemoratione quidem mibi dignum
uidetur. Querit enim, questione ipsa, de qua agitur, an habeat
locum: quod minime oportuit. Ut enim dictum est, Locus de quo
nunc agimus, non cuiuslibet eti locus est, sed argumenti: Ar-
gumentum uero, ratio dubia faciens fidem: Res uero dubia, pars
questionis. quod si argumentum questionis, uel pars questionis
esse non potest, locus uero de quo agimus, argumenti est locus:

non

non est dubium, quin locus questionis esse non posset. Amplius
omnis questionis dubitabilis est: argumentum uero, omne questionis
nisi purum ambiguum. Non est igitur idem argumentum, quod
questio: sed loci argumentorum sunt loci: non sunt igitur que-
stionis. Hoc igitur premesso, intelligamus ipsum de quo agitur,
quemlibet terminum in questione propositum, siue predica-
tum, siue subiectum: qui cum per se res sint, ipsi quidem argu-
mentum esse non possunt: habere autem in se quedam possunt,
in quibus argumenta sint collocata, & que sedes argumentorum
esse intelligantur: que quidem, cum terminis his de quibus agi-
tur, inherere videantur, nondum tamen sunt argumenta, sed
quasi iam argumenta complectentes loci, & uelut naturali sede
condentes. Idem de is locis, qui extrinsecus assumuntur, dicen-
dum est. Ipsi namque positi sunt exterius & quodam modo a
propositionis terminis ablegati: & res quedam sunt, sed intra
se argumentorum copiam claudunt. atque (ut breui sententia
colligam) ipsum de quo agitur, nihil est aliud, nisi quilibet in
questione terminus collocatus. Hi argumenta esse non possunt,
neque ab his trahi aliquod argumentum. Quo fit ut termini
ipsi, qui in questione sunt positi, nec argumenta, nec loci sint,
sed tantum res. Rursus, ea que in his herent, de quibus agitur:
ipsa quidem res esse manifestum est, sed claudunt in se argumento-
rum copiam: cum ex his sumi aliquod oporteat argumentum
locorum uice fungantur. Itaque si quis per se ea speculetur, res
sunt: si quis ab his aliquod argumentum querat adducere, loci
sunt. Et communiter quidem de principalibus ac maximis locis
hac dicta sint. Hi uero sunt qui in ipsis de quibus agitur herent
uel qui assumuntur extrinsecus. Ut igitur faciat plenam loco-
rum divisionem, quos simpliciter ac maximos posui locos: cos-
tem uelut in quasdam species resecat, dicens, In ipso, tum ex
toto, tum ex partibus eius, tum ex nota, tum ex his rebus, que
quodam modo affecte sunt ad id, de quo queritur locorum, qui
d 4 in ipso

in ipso sunt de quo agitur constituti, quatuor partium facta diuisio est. hi quippe, qui in ipso de quo agitur, herent, uel ex toto eo de quo agitur termino, uel partium eius enumeratione, uel ex nota, uel ex affectis intelligentur existere: Id ita esse, breui ratione firmabitur. Necesse est enim, quemlibet eorum terminorum, qui in questione sunt collocati, & definitiones habent proprias, & partes, & nomina, & ad res alias quada relatione coniungi ac referri. Ergo ex toto locu, qui dicitur, is est, quoties argumentum ex aliquo definitione termini, qui est in questione, tractatur, sive subiecti, sive pre dicati. Ex partium uero enumeratione, quoties ab eius termini partibus, qui in questione positus est, ducitur argumentum. A nota uero, quoties ab eiusdem termini vocabulo nascitur argumentum. Ab affectis uero, quoties ab his, que ad propositum terminum relatione aliqua reducuntur, argumentatio proficietur. Quorum similitudines omnium posterius explicabo, quando ea, que super his rebus declarandis Cicero posuit, exempla tractauero. Nunc illud est considerandum: Ait enim Tullius, Ex his locis in quibus argumenta inclusa sunt, alios in eisposito de quo agitur, herere, alios extrinsecus assumi: quod ita dictum uidetur, tanquam si diuersi sint loci, qui in his, de quibus agitur, herent, & ipsum illud de quo agitur. Nihil enim in seipso herere poterat: ac per hoc quod in aliquo heret, ab eo in quo heret, diuersum est. Quod si loci sunt aliqui, qui in his herent de quibus agitur: non est dubium, quin hi loci ab his de quibus agitur, sint diuersi. Rursus cum dicit, In ipso, tum ex toto, tum ex partibus eius: tanquam non de diuersis loquatur, ita ait, in ipso locos esse, tum ex toto, tum ex partibus, tum ex nota. Quasi uero aliud sit ipsum quam totum: aut aliud ipsum, quam omnes undique eius. partes. Vnaquaque enim res, idem est quod totum. Idem namque est Roma, quod tota ciuitas. Rursus idem est unaquaque res, quod eius singula partes in unum reductae: uelut idem est homo, quod caput,

caput, thorax, uenter, & pedes, cetera &c in unum partes coniuncta, atque copulata. Quomodo igitur tanquam de diuersis primis locutus est, cum locos herere in his terminis, de quibus agitur, dixit: post autem uelut de eisdem loquitur, cum ipsos locos tum ex toto, tum ex partibus esse proponat? Nihil enim differt dicere, In ipso, tum ex toto, tum ex partibus quam sita dixisset, In ipso, tum ex ipso. Nam si idem est ipsum, quod totum ac partes: idem est dicere, In ipso herere locum ex toto, aut ex partibus, quod, in ipso herere locum, qui est ex ipso: quod ne intelligi quidem potest quemadmodum in ipso herere posit, quod ipsum est: cum nihil sibi herere, ut superius expediu. Sed quemadmodum paulo ante exposui, unaqueque res, cum & definitione habeat & partes: si per nos canimus, que sit definitionis uis, & que partium: cunctus ambiguitas nodus absoluitur. Est enim Definitione, coacta in se, atque complicata rei explicatio: uelut cum dicimus, hominem esse animal rationale mortale. Nam quod nomen breuiter atque angustè designabat, id explicauit, ac protulit, per substantiales quodam modo partes definitio patefecit. Alium igitur necesse est esse intellectum rei, que complicata est, in eo quod subiunct coacta, atque in unum redacta est: aliud eiusdem rei explicata atque dissertata, in eo quod expedita atque diffusa est. Nam etiam idem definitio, quod nomen significat: illud tanquam ipsum, quod nomen angustè consuecat designat, aptius definiti disserit, ac patefacit. Recte igitur aliud quidam est ipsum, aliud eius definitio: etiam si unum idemque est utrisque subiectum. Ut enim dictum est, ipsum, singulum est: definitio, ipsius singuli per partes distributio, atque enumeratio. Partes autem, nunc substantiales dico: non que magnitudinem iungant, sed que proprietatem rationemque substantie. Sed quod in definitione dictum est, secundum partes que substantiam iungunt: id in partibus intelligendum est, que magnitudinem copulant: uelut domus que fundamento, parietibus, tectoque con-

iungitur. Nam cum ea nihil sit aliud, nisi quod partibus copiatur: ipsa tamen una quedam est, atq; coniuncta: partitio nerò, eius per quedam membra distributio est. Atq; ideo licet unum sit, quod ipsum est, & quod sunt partes unius, confluentes: non tamen eundem necesse est habere intellectum: cum ipsum integrum consideratur, & cum in partes ipsas, quibus iunctum est, distributur. Ex nota uero locus apertissime ab extremitate diversus est qui in questione est constitutus. Quis enim dicat, id esse cuiuslibet rei uocabulum, quod res ipsa est quam designat? Ea uero que ad id de quo agitur affecta sunt: est exposita in qua regione respiciunt: que in multis seccari necesse est partes. Omnis enim res id quod est, unum est: multa uero sibi in retenet adiuncta, que hoc ab his, que omnino extrinsecus sunt, differre intelliguntur: quod de ea, que affecta sunt, in relatione sunt posita: ut post & ipsarum propositione, & exemplorum ratio monstrabit. Eauero que sunt extrinsecus, in nulla relatione sunt constituta: atq; ideo haec extrinsecus solum, illa uero, affecta sunt nuncupata: habet enim aliquam quodam modo cognitionem ad id, ad quod reducitur, id quod refertur ad aliquid. Sed omnes ferre hos locos, quos nunc simplices atq; indiuisponit, posteriore tractatu diuidit: ut nunc quoque eos locos, qui in ipso sunt, distribuit, cum alios ex toto fieri possint, alios ex partibus, alios ex nota, alios ex affectis: affecta quippe ipsa suis partibus secat: extrinsecus uero locum in testimonio positum esse confirmat: testimonij uero uim in autoritate constituit: autoritatem uero diducit in proprias partes. sed hec in posteriore tractatu. Nunc uero eos simplices atq; indiuispos locos proponit, & ueluti simplicibus subdit exempla. Refrat autem nunc, quod uidetur esse querendum, an hi loci, qui in locos alios diuidantur, eorum, quos intra se continent, locorum, loci esse possint: ut eorum qui sunt ex toto, ex partibus, ex nota, ex affectis.

affectis, is unus quidam quasi locus sit, qui est in ipso. Nihil quidem prouersis officaret, locorum locos putare. fieri enim potest, ut locus amplior, intra semet angustiores continet locos: uelut in provincia ciuitates. Sed nunc similitudo non conuenit. Locus enim est, ex quo dicitur, id est, in quo argumentum est positum: quod si loci locus esse posset, & is qui est in ipso de quo agitur, eos qui sunt ex toto, uel ex partibus, uel ex nota, uel ex affectis, uelut quidam locis includeret: non essent extoto, ex partibus, ex affectis loci, sed argumenta: quoniam in eo haerent loco, qui in ipso, de quo agitur, termino esse praeditus est. Non igitur locus esse poterit loci: sed uelut genera quædam in species, ita nunc fit diuisio locorum. Ne hoc superius dictis videatur esse contrarium, cum & maximas propositiones, & earum differentias continent, communis nomine appellamus locos: nam maxime propositiones, licet eo ipso quod maxime sunt, includant ceteras, & uocentur loci: tamen quia sunt notissime, possunt rebus dubijs esse argumento. Iure igitur earum differentiae, loci nominantur: quod in locorum species alter se habeat, que prouersis argumenta esse non possunt. Nam in ipso loco, ueluti in species quædam, diuiditur in eos qui sunt ex toto, ex partibus, ex nota, ex affectis. Vnusquisque enim horum locorum primi loci integrum uidetur ferre hoc abulum. Nam ut hominem animal dicimus, itemque equum atque bovem animalia nuncupamus: sic is locus qui ex toto est, in ipso esse dicitur: itemque qui ex partibus, ac nota, atque ex affectis, in ipso sunt. Sed ex his argumenta quidam duci possibile est: ipsa uero argumenta ut sint fieri nequit.

IOAN. VISORIVS.

Sed ex his locis, ante locum definiti, nunc diuidit: Itaque locorum alii in eo de quo agitur haerent, alii assumentur extrinsecus in ea re, de qua queritur. Illi haerent, quos et, qui sicut ex causa trahit, & quodam modo gignit, id est, excogitat

Et inuenit: eos artificiales Latini, Graciūn' x̄s appellant. Assumuntur autem extrinsecus illi loci, qui extra dicendis rationem accipiuntur, nec ingenio, nec arte dicentis parantur, sed ad eum cum causa deferuntur a litigatore quapropter dī x̄s, id est in artificiales eos appellamus: non quod arte non egeant, siquidem arte tractantur, sed quia foris ad Oratorem uenient. Ceterum immemineris Ciceronem ~~vix~~ locutum esse, qui locos in re dixit herere, uel extrinsecus assument. Non enim reuera loci, sed argumenta, quae ex locis eruntur, in eo de quo queritur herent, aut assumuntur extrinsecus: ut si mundum casorum, & corruptum iri probes, quid sit genitus: nam deficit omne quod nascitur. Argumentum enim in re, de qua queritur, infixum est, & insitum: id est in substantia, & natura mundi penitus heret, cum ea sit natura rerum genitrix, ut al quando pereant, & in ea principia uel elementa resoluantur: atq; redant, ex quibus coauere, ut suę quidq; naturę redatur: ut quodignum est in mundo, igni: quod aëriū, aéri: quod aqueum, aqua: quod deniq; terrestre mundus à terra suscepit, id omne terre restituatur quando mundus occidet. Contrario sumetur extrinsecus argumentum, si testimonio Aristotelis mundum esse sempiternum dicas. Nam testimonium rei aliquius extra rem cam est, cuius est testimonium. In quibus argumenta inclusa sunt.) Qui fieri potest, ut argumenta omnia in locis inclusa sint, nonnulla tamen extrinsecus assumuntur: Sanè si inclusa sunt, intus sunt clausa: nec igitur exterasunt, nec extrinsecus assumuntur. Sic huic quesitiuncula respondemus. Argumenta omnia dicuntur in locis inclusa, propterea quod loci argumentorum omnium sunt sedes: non autem ideo, quod illa omnia in causa sint, & ab ea trahantur: non enim testimonia sunt eiusmodi, quae aliqui uocantur argumenta. Harent.) Rodolphus Agricola, quo loco docet, non omnia probandis omnibus conuenire, scribit, oportere omne

omne argumentum cognatum, coniunctum, & cohærens esse cum eo, cui probando adhibetur: non igitur argumentorum alia herent, alia non herent rei: de qua queritur. Verum huic obiectioni sic obuiam imus: Rodolphus Cohærens accepit pro consentaneo, & pro eo quod à re proposita non abhorret: non autem, ut Cicero, qui herere dixit quod insitum, infixumq; cause est. At contra hanc dilutionem sic iur: Quid contraria & repugnantia in eo, de quo agitur, secundum Ciceronem herent: ea tamen, siue secundum Rodolphum cohærens accipias pro consentaneo, consentanea non sunt: sive cohærens more Ciceronis interpretaris, quod insitum, infixumq; causa est: neq; insita sunt, neq; infixa cause, herent tamen, ut uult Cicero: non igitur quid sit herere fatis ostendisti. Quod autem contraria & repugnantia consentanea non sunt, nec infixa cause, sic ostendit: Quod repugnat, non consentit cum eo cui repugnat: deinde quod contrarium est, non est in suo contrario insitum, & infixum, aliqui contrarium de contrario diccretur, & in eodem contraria simul essent, quod fieri nequit. Sed hic scrupus in hunc modum exoluatur. Consentanea sunt contraria negata contrariis affirmatis, & affirmata negatis: & hoc modo repugnatio affirmata negatis, negataq; affirmatis consentiunt. Similiter repugnatio, uel contraria affirmata sunt infixa repugnantibus, uel contrariis negatis: ut iure possidet, igitur iniurias non debet reddere. Item, Lex est iniqua, que de iure nihil remittit, sed summum ius ad ungues sequitur, ergo non est equa lex, utrobq; ex affirmatione unius illic repugnantis, hic contrarij negationem seu repugnantis alterius, seu contrarij colligo, & certe affirmatio unius negationi alterius consentanea est: nea aliter a repugnantibus aut contrariis argumentari possumus. Quapropter Rodolphus de repugnantibus loquens, ait, habent autem q̄ Loci proprium hoc, quod non potest ex ipsis quicquam confirmari directe, sed ex diuerso: ut si in uno neges,

in altero affirmandum est: contrāq; alterius affirmatione negandum est alterum. ut si dicas, Pater est, sequitur non esse filium: & filius est, certum est patrem non esse sic. Cæcus est, ergo non uidet: contrā quoq; uidet, igitur cæcus non est. Verum (pace Rodolphi dixerim) non usquequaq; verum est quod Rodolphus ait. Nam tametsi si unum repugnantium aut oppositorum affimes, oporteat alterum negari, tamen oratio non revertitur, siquidem necesse non est, ut si unum neges, alterum affimes: ut non sequitur, non est niger lapis Smaragdus, igitur est albus. itaq; quomodo repugnantia & contraria sint rebus diximus. Neq; est audiendus recens ille scholiastes, qui loco tripartito, neq; Latine loquitus, neq; Ciceronis sententian sequutus, distribuit in Intrinsecos, Extrinsecos & Medios. Qua in diuisione, præterquam quā Intrinsecos, & Extrinsecos, pro internis, & externis Barbaræ dixit, duplèciter peccauit. Prius quod Ciceroni sententiam explicare uolens, à Ciceroni diuisione discesserit: nullus enim Locus medios Cicero facit, sed omnes uel internos uel externos esse null. Posterioris insigniter hallucinatus est, qui cùm exinternorum locorum exempla tradaret, contraria & repugnantia Locos externos esse dixit: at Cicero facit internos: neq; nulli secundum Ciceronem, præter testimonium, sunt externi. Alij assument extrinsecos.) Extrinsecus illa iam diximus assumi, que ab Oratore non inueniuntur, sed ad eum à litigatore deferruntur, ut sunt testimonia. Verum hec duo pugnare uidentur, quoddam uidelicet ab Oratore, non inueniri, & argumentum omnne probabile inuentum esse: nam ita in Partitionibus oratorijs argumentum à Cicero definitur. Atqui definitio omni rei, cuius est definitio, conuenit. Si ergo omne argumentum est probabile inuentum, omnne argumentum inuenitur: sed hoc repugnat ei quod dicebamus, scilicet extrinsecus argumentum assumptum non inueniri. Qui nodus ita soluitur: Cicero non uo-

cat Inuentum, quod est artificio dicentes excogitatum, sed quod è loco, in quo latebat, de promptum est quodq; prius in loco suo quæsum, tandem inuentum est: non autem sic, ut à causa petitiū esse dicamus, sed à sua sede uelut eritum uocamus. In ipso.) Locos distribuit, qui in eo de quo agitur hærent: id est, internos, & artificiales, qui quadruplices sunt, Definitio, Pars, Nota, Res affecta. Tum ex toto.) Id est, ex definitiōne. Est autem definitio, teste Quintiliano, rei proprie propria, dilucida, & breuiter comprehensa, verbis enuntiatio. ut, Virtus est medium ueriorum utring; redactum. Cicero definitiōne propterea totum appellat, quod ea totam rei, de qua queritur substantiam breuiter declarat: uel quod uniuersam definitiōnem naturam suis finib; circumscribat. Nam cùm id quod definitur, id est, species, genere & differentia conset: genere, inquam, tanquam materia, differentia uero, uel ut forma: definitio sive pars utrancq; si ad manum habemus, aut certe nominib; quod eorum uires supplet, ambitu suo comprehendit. Quare Totum meritum uocatur. Sed rogare quisdam poterit, Si finitio Totum est, ut diximus, quoniam pacto fiet, ut ea in ipso toto, de quo queritur, hæreat, atq; ad ipsam totum adhibetur: nihil enim in se ipso est, sibi nihil hæret. Illi sic responsum uolo: Definitionē Totum video dico, quod partes omnes definita rei, que sunt in toto, id est genus & differens, continet, quoq; cum toto, id est, re definita, reuertatur & obambulet, quod si ipsa in toto proprio non sit, eius tamen partes in toto sunt. ut Aequitas est non dura iuris interpretatio: Interpretatio iuris non dura, non est propriæ loquendo in aequitate, quin potius ipsa est equitas. sed partes, genus inquam & differens, ut Interpretatio, que generis uices supplet, & iuris non dura, quod differentie officium prestat, in toto sunt, à quo continentur. Tum ex partibus.) Partium enunciatio est, tradente in Rhetorici Cicerone, que pluribus rebus expositiis & ceteris infirmatis, unam aliquam

necessariò confirmat. Quæ definitio ei partium enumerationi non conuenit, quam Cicero paulò post facturus est: ea est huiusmodi: Si liber est factus, igitur uel censu, uel uindicta, uel testamento: non censu, non uindicta, non testamento: non igitur est factus liber. Non conuenit, inquam: quia quanuis res plures exponantur, non tamen ita, ut ceteris infirmatis, una aliqua necessariò probetur, omnibus enim partibus peremptis in hoc exemplo totum perimitur. Quare fateamur necesse est, enumerationem à Cicerone presiū, quā oportet, illīc esse finitam. Eadem profectò Quintilianus latioribus finibus terminat, quam tamen non enumerationem partium, sed remotionem appellat, cum dicit: Est argumentorum genus ex remotione, qua nunc efficitur totum falso, nunc id quod relinquitur uerum ostenditur. Totum falso erit, si dicas: Si tu es ciuis, igitur natus, aut factus: sed neq; natus, neq; factus: non igitur es ciuis. Natus et factus partes sunt que remouentur, et his remoto totum, id est, Ciuis, falso ostenditur. Reliquum fit uerum ita. Hic seruus, quem tibi uendicas, aut uerna tuus est, aut emptius, aut donatus, aut testamento relictus, aut ex hoste captus, aut alienus. Non est autem uernatus, non emptius, non donatus, non testamento relictus, non ex hoste captus: igitur alienus. Partes sunt Verna, Emptius, Donatus, Testamento relictus. Ex hoste captus: que sic infirmantur, ut hec postrema, id est, Alienus, necessariò confirmetur, et uera relinquatur. Non ignoro Rodolphum Enumerationem alter definit, ut esset argumentatio perfecta, in qua uel ex partibus totum, uel ex formis genus uniuersaliter colligeretur. Ex partibus totum hoc modo: Senatus de Milone bene sentit, item equester ordo, necnon plebeius ordo: uniuersus igitur Populus Romanus de Milone bene sentit. Ex formis uero genus, ita, iustitia, prudentia, fortitudo, modestia laudanda est: omnis igitur uirtus est laudanda. Tum ex nota.) Notam uocat Tullius interpretationem uocabuli, quam Graci-

pros⁹ dicunt, nos uerbum uerbo redentes Verilogium transferri possumus: quam uoceri Cicero tanquam molestan, nimisq; duram reformatum, & Notam dicere maluit, Aristotelis autoritate fretus, qui in libro τοπικών inquit, uerba rerum notas esse. Nā οὐκότες Græcē, Latine notam uocat, ut et sunt notationes, uel (si maius) interpretationes uocabulorum: ut, Soror aicitur, que seorsum nata in alienam familiam transit: sic Vide Gell. li. Temetum, quid mentem tenet, uel tentat, & Abstemius, qui tebro 13.ca.10. meto abstinet. Tum ex his rebus, que quodammodo affectis sunt ad id, de quo queritur.) Boëtius Res affectas exponit, que ad aliquid referuntur, ut genus ad speciem, species ad genus. Sed sunt hodie quidam viri non mediocriter erudiiti, qui Boëtij expositionem reprehendunt: tamen non solus Boëtius Res affectas ita definit, sed & Quintilianus, qui de genere & forma loquens, que sub rebus affectis sunt, inquit, Cicero genus & speciem, quam eandem formam uocat, à definitione didicit, & ijs que sunt ad aliquid subiecta, id est, rebus affectis. Non enim ad id totum, de quo queritur, adhibetur, quemadmodum finitio partes & notae: sed solum res sunt ad id, de quo queritur, quodammodo affecta. Qui Boëtium arguant, hac ratione nituntur, quod definitio referatur ad aliquid, est enim definitio: item partes ad aliquid, ad totum puta. Atqui neque definitio, neque partes res affecte sunt, sunt tamen ad aliquid: igitur res affecte non sunt definitae que sunt ad aliquid. Idem autem Cellium sequitur. Affectiones definitae, que non ad finem ipsum, sed proxime finem progressa, deductae sunt, ut annus affectus est, qui quanuis nondum fit confactus, proprie tamen absolutus est. Hoc sensu affectas à Cicerone dici confirmant, ut genus cum sit ex affectis, non omnino totum conficit, nam nisi differens addideris, absolutam totius definitionem non es habitus. Ita differens sine genere totum non facit, sed definitionis cuius pars est. Quo-

rum, mehercule, possumus interpretationem labefactare prorsus & eleuare. Nam contrarium & repugnans Affecta sunt, at Prope finem deducta, non sunt: non enim ea, quibus repugnant, contraria ue sunt, prop̄e conficiunt. Sanē tantum abest, ut aliqua ex parte conficiant, ut omnino perimant: sed fallor: conficiunt & enecant atque euerint. Sed c̄sto conficiant, ergo Tullius res affiectas non affectas uocare debuit: non enim conficiunt, uel ipsiſ consentib⁹, sed, sicuti uolunt, conficiunt. Ade, quod media tantum ex parte faciunt est, Affectū dici non posse sicut Affecta Gellius accepit. Nam Affectū (ut interpretantur) prope confectum est. Atqui genus uel diff̄ens seorsum speciem dividia ex parte tantum faciunt. Quare Cicerores affectas aliter, quam uolunt, accepit: melius ergo ad aliquid esse dicuntur. Quod autem obiciunt definitionem, partes, & nota ad aliquid esse, que tamē res affiectae non sunt, uel ego satisfactio: Dicuntur ad aliquid esse, que secundū diplum quod sunt ad aliud referuntur. Ut igitur Relata sint, esse diuersa, non modo secundum uocem, sed & secundum rem, necesse est. At definitio & definitio reuera eadem sunt, etiam si uoce differant: ergo ad aliquid non sunt, quod si sunt ad aliquid (ut hodie uolunt omnes) sola nominis similitudine, non autē collocatione rerum, id accidet. Si partes omnes eadem cum toto sunt. Deinde Relata simul natura sunt: partes uero singula toto priores. Ita nota cū eo, cuius est nota, nihil prorsus, nisi uoce, differt. Ergo neq; partes, neq; nota sunt ad aliquid, si rem potius quam uocem inspiciamus: nam uoce sicuti dictum est, ad aliquid esse posunt, uerum de rebus, non de uocibus modo loquimur. Sed quip̄iam dicet: Ergo Boetij definitionem tueris? Sanē nec op̄ugno, sicut confit, neque tueri uelim. Ne autem tuerar, Cicero, facit, qui Relata sub Contrarijs, id est, sub oppositis (nam ita uocat opposita) complectitur: at Contraria, species sunt rerum affectarum: non igitur res affectae definiendae sunt, que ad aliud

refer

referuntur. Ut igitur quod sentio dicam, tres locorum gradus Cicero facit: alios in toto penitus fixos, & uelut in medijs editib⁹ inclusos, ut sunt definitio, partes, & nota: quos tres ad totum adhiberi dicit: alios quamvis etiam in toto, non tam tamē in toto, quam circa totum, & uelut in vestibulo nūsos: sic ut nec omnino sint intus, nec planè foris, cuiusmodi res sunt affecta. Nam scit Gelliana Affecta non sunt ad finem usque ducta, sed proximi finem progressa sunt, ita res affecta Ciceros ad totum usque non peruenient, sed totum uelut attingunt, & iuxta sunt. Alios deniq; foras excludit, quos à toto longe distantes & remotos esse tradit, ut sunt Testimonia. Itaq; ut epilogo concludam, Loci uel ad totum adhibentur, uel ad totum affecti sunt, uel à toto procul absunt, longeq; distanti sunt. Verum antequam fieri facio, lubens rogarim, quonā pacto Quintilianus Ciceroni concordem reddere posimus: quorum ille Probationis artificialis tria genera. Signa, Argumentum, & Exemplum, fecit: hic uero quatuor, Definitionem, Partes, Nota, & Res affectas. Sanē concordes ita reddemus: Signa sub Antecedentibus, Consequētibus, & Adiunctis, ite sub Maiori⁹bus, Paribus & minoribus: Exempla sub similibus, Disimili⁹bus, Cōtrarijs, atq; etiam cōparatis intelliguntur, quas res affectas esse, nemo negabit. Argumenta uero ab omnibus, que uel ad totum adhibentur, uel quodammodo affecta sunt, ad totum trahuntur, quare Quintilianus & Cicero consentanea tradunt. Extrinsecus autem ea dicuntur.) Cuiusmodi sunt probatio-nes artis expertes, ut Testimonia. Nam Testimonium id omne Cicero uocat, quod ab aliquo re externa sumatur ad faciendam fidem: cuius apud Lucanum hoc exemplum est primo Pharsalia libro de Cesare & Pompeio:

—Quis iustius induit arma,

Scire nephas: magnō se iudice quisque tuerit.

Vixtrix causa deis placuit, sed uicta Catoni.

Simile

Simile exemplum eiusdem rei pro Ligario apud Cicerone reperies: Principum (inquit Cicero) dignitas erat pene par: non pars fortasse eorum, qui sequebantur: causa tunc dubia, quod erat aliquid in utraque parte quod probari posset: nunc melior ea certe iudicanda est, quam etiam Diū adiuererunt. Est apud Quintilianum locus, qui huic omnino contrarium esse uidetur. Dicit enim ille cap. de Exēpli, Testimonia causa propria esse, omnem uero Probationem artificialē extrinsecus in causam adduci. Quem scrupulum tibi in hunc modum renoueo. Testimonia Quintilianus causa propria facit, quod illa per se sine Oratoris artificio causa fidem faciant, nec dicentes uocē expectent, cum etiam tacente oratore se penumero peragantur, & iudices ipsi sibi per ea suis oculis, auribusq; fidem faciant. Nam Testis, & Questio, & his similia de ipsis re, que est in iudicio, pronuntiantur. Artificiales uero Probationes extra petitā ideo dicit, quod nihil per se ualeat, nisi ad aliquam presentis negotiū utilitatem ingenio dicentes applicetur. Quae absunt longe disiuncta sunt, cum teste Rodolpho, necepsit omnia, qua pro re quaque, uel contra rem dicuntur, esse quadam naturē societate coniuncta Disiuncta esse testimonia, & coniuncta, repugnat. Verum hoc sic diluitur: Omnia qua probandis alijs conueniunt, consentire proposito, nec ab eo discrepare debent. At Cicero disiunctius capit non pro dissentientis, aut à presenti questione discrepantibus, sed pro remotis ab arte, & in eo, de quo queritur, non inclusis, uerum ab arte separatis: ut cum Cicero secunda Philippica cuiusdam poētē testimonium citans, inquit: Ut est apud poētam nescio quem,

Male parta, male dilabuntur.

Hoc, inquam, testimonium ab arte oratoria, id est, ab inuentione dicentis, est remotum: non enim Cicero illud inuenit, sed ab alio accepit. Testimonia tamē Rodolphus querit à dictibus & inuenit

inueniri, nec non alium alio melius ijs uti, et proinde artis esse, constanter affirmat. sed ut ab ijs, quorum sunt testimonia, id est, à testibus praesentem in rem dicuntur, eatenus arte carere scribit, cum testes que uiderint, audiuerint, intellexerint, tantum dicant, nec quicquam uel addant, uel detrahant, uel immutent, uel inuentant ex ijs, quorum testimonium dicuntur: sed fideliter recident, ut uiderunt, audiuerunt, & intellexerunt. Cicero uero secundo de Inuentione libro, Testimonia probatio-nes artificiales quo in loco facit, si habet: Accedunt autem ad coniecturam se pe quæstiones, testimonia, rumores, que contra omnia uterque simili via præceptorum torquere ad sua cau-sæ commodum debebit. Nam & ex quæstione suspiciones, & ex testimonio & rumore aliquo pari ratione, ut ex causa, aut ex persona, & ex facto duci oportebit. Quare nobis et ijs uidetur errare, qui hoc genus suspicionum artificiali non putant in-digere: & hi qui alter hoc de genere, ac de omni coniectura præcipiendum putant. Expositus omnibus probationis utriusq; membris, adiucere commodum fuerit, que Quintilianus omni probationi communia facit. Primo tradit probationem omnem ab Antecedentibus, Consequentibus, uel Repugnantibus duci; quod Ciceroniana diuisio prima facie repugnat. Nam Cicero sub rebus affectis Antecedentia, Consequentia, & Repugnancia complexus est. Quare si ab Antecedentibus, Consequen-tibus, uel Repugnantibus omnis probatio petatur, omnis igitur à rebus affectis erit. Certè Rodolphus Ciceroni simul & Boëtium reprehendens, Antecedentia, Consequentia, & Repugnancia communis Locorum omnium Locos esse docet: sicut ea Boëtius definivit, & ut Cicero tractauit, Locos esse negat: non enim ad Inuentionem, sed ad Iudicium pertinere Rodolphus sit. Insuper Quintilianus Argumentum omne uel Maius, uel Par, uel Minus, facit: qui tamē tres loci, sicut tres superiores, sub rebus affectis continentur. Sed hoc ita diluitur. Quintilia-

nus Maius pro latiore, uel generaliori cepit: Minus, pro contractiori: deniq; Par, pro eo quod reuertitur, & recurrit. Itaq; par erit definitio definitio genus specie maius, species generi minor. Eodem modo de alijs locis iudicandum.

BARTH. LATONVS.

Sed ex his locis. Diuidit locos internos et externos, quos deinde ita tractat. Primo colligit numerum eorum, & singulos exemplis declarat. Deinde renouatus ad initium, explicat eos uberiori, & partes quoq; eorum, & tractationem ostendit. Post hec admonet, qui loci quibus questionibus conueniant, atque ibidem questionum genera recenset. Postremo addit & partes Orationis, breuiter indicans, quibus locis unaq; eorum traditione standasit. In eo ipso de quo agitur.) Id est, in ipsa questione. Nam sermo iuriſperitorum est, qui omnia ad actiones referunt. Sed Dialectici questionem, Rhetores tum causam sine controversiam, tum propositum appellant, Greci & Ἑπειροντες. Harentiguit loci in questione, hoc est, in rebus in questione positis, que partes eius sunt, scut & propositionis, nempe Subiectum, & Pradicatum. Subiectum est, de quo aliquid dicitur. Pradicatum, quod dicitur de subiecto: ut an Vlysses Aiacem occiderit; Vlysses subiectum est, Aiacem occidisse, pradicatum: quia cum dico, Vlysses occidit Aiacem, de Vlysses cades Aiacis prædicatur. In hac igitur questione, loci argumentorum harent in persona Vlyssis & Aiacis, item in uerbo occidēdi, ut intuendum sit, quid argumenti prebeat descriptio utriusq; persone, quid causa occidendi, quid locus, quid tempus, simile, adiunctum, ex quibus argumenta in utrangs partem ducentur ad questionem confirmandam. Locos in ipsa re harentes uocat Cicero omnes, qui uel in rei substantia sunt, uel aliquar ratione ad eam referuntur, dummodo causa relationis sit ex ipsa re: Extrinsicus autem adsumptos eos, qui nullam habent coniunctionem cum re, sed prorsus separati sunt, & in sola autorita-


te₂

te, que ex hominum opinione est, locantur. Substantiam uoc id ipsum quod res per se est, quatenus intra natura sua comple- xum definitur: ut in homine sensualis & rationalis natura, qua animali rationali definitum: in arbore lignum & uita: in uitrate habitus animi secundum naturam: in uoluptate sensus corporis iucundus. Nam que extra haec sunt, & rebus praeditis attribuuntur, Accidentia sunt, partim circa substantiam, partim extra & longe separata, ut in homine doctum, formosum, eloquentem esse: in arbore, procerum, frugiforum, odoratum: in uoluptate, fructum, molle, caducum, imbecillum esse: que omnia, quamvis circa uel extra rei substantiam sint, tamen Ciceroni in eo ipso de quo agitur, heret. Alij partim locant circa substantiam, & internos locos faciunt, alijs summouent à re, & in externos locos referunt, quod in diuidendo aliam rationem sequuntur. Alij sumunt extrinsecus.) Id est, extra res in questione positas, quas nulla ex parte contingit, neque ad eas referuntur. In ipso tum ex toto, tum ex partibus, tum ex nota.) Hi tres loci in substantia rei sunt, quia & herent in ea singuli, & totum complexum eius obtinent. Itaque unum sunt re, sed uel ratione differunt. Totum enim uniuersa res est semel spectata: Partes, ea in qua diuiditur, Nota, uis ac sensus eiusdem uerbo inclusus, qui à re non separatur. Praebent igitur diversam argumentandi facultatem, ut quamvis arguments omnia ex re ducantur, tamen aliud ex Toto, aliud ex Partibus, aliud ex Nota appelletur, atque ex eisdem uim habeant. Ceterū Totum, quatenus in subiectis formas diuiditur, genus uocatur: quatenus in partes, tanquam in membra, propriè Totum dicitur. Partes enim sunt tum forma generis, tum quasi membra totius. Nota uerbum est, quo res in questione significatur. Hanc Rodolphus separat à substantia, & inter externos locos refert. Sed ille fortius uerbi conditionem spectauit, que addi potest rei & detrahi: Cicero sensum eius, qui non separa-

etur

tur à re, sicut nec definitio ab eo quod definitur, quoniam mutato uerbo, tamen idem sensus, & notio rei permanet. Tum ex hī rebus, quæ quodam modo affectæ sunt ad id.) Affecta vocat, que ad rem referuntur, quia cum extra substantiam eius sint, tamen aspiciunt eam quodammodo, & iunguntur ei ratione aliquā, uel ab ea separantur. Iunguntur, ut Coniugatum. Genus, Forma, Similitudo, Adiuncta, Antecedentia, Cōsequētia, Causa, Euentus, Cōparata. Separantur, ut Differētia, Contraria, Repugnātia. Omnes igitur loci, ut summum eorum colligamus, uel in re sunt, uel extra sumuntur. In re sunt alij per se, alij ex relatione. Per se, ut Totum, Partes, Nota. Referuntur ad rem, quæ Affecta vocantur. Hec duplia sunt, Pura & Conditionalia. Pura, quæ per se uisua in argumentum sumuntur, ut Coniugatum, Genus, Forma, quæ attingunt naturā rei: Similitudo & Differentia, quæ tandem uel diversam qualitatem obtinet: Comparata, quæ canderent uel diversam quantitatem. Adiūcta, quæ eueniunt circa rem: Causa & Euentus, quæ efficiunt eam, uel ab ea efficiuntur: Contraria, quæ ei repugnat. Conditionalia autem sunt, que non per se, sed iuncta alteris in pronuntiatio sumuntur, ut Antecedentia, & Cōsequētia, quæ necessario coherent cum re: & Repugnātia, quæ ei repugnat. Alij in diuidendo aliam rationem sequuntur: ex quibus Rodolphus Agricola naturā rei spectat, & uariā eiusdem ad alia habitudinem, ex qua locos colligit atq; distinguuit. Cicero primum rem per se spectat, deinde cetera, quæ aliqua ratione cum ea coniuncta, uel ab ea distincta sunt ad eam refert. Itaque post tres locos substantiales ceteros omnes ad aliquid facit, & affecta ad rem uocat. Proprium, Adiacētia, Actus, Subiectū. Connexa, quæ apud Rodolphum sunt, si formam suam retineat, in quam describuntur ab illo, sub nullo loco Ciceronis propriè comprehendi possint. Distinguuntur enim loci inter se, sicut res ē tradit Rodolphus, non absoluta rerum natura, quam per se obti-

obinent, sed alia, & alia habitudine, quam ultro citrōq; inter se collata accipiunt. Posse tamen ex ijs qui necessario coherent, cum re, subiçere antecedentibus & consequētibus, si cōditionali pronuntiatio inclusi fuerint. Sed hec ratio cum alijs etiam locis communis est, qui cum pure sumpti sunt, per conditionem etiam, ut Antecedentia, uel Cōsequētia siant, sumi possunt, & quo infra dicetur, & notatur à Rodolpho de Accidentibus.



Sed ex his locis, non obstante, non possunt esse perfecta, quia

Prædicta CHRISTI HEGENDA Damasky.

Alij in eo ipso.) Vt, Amor est princeps ad benevolentiam coniungendam. In uoce amor, que subiecto loco ponitur, heret locus à finitione, locus à specierum enumeratione. Item in uoce, benevolentia, que prædicta uicem defungitur. Quid est amor? Est mutua quædam animi propensio hominis erga hominem, ex morum & studiorum similitudine collecta. Species amoris apud Platonem in conuiuio uide. Quid est benevolentia? est mentium mutuus consensus, qui ex amore oritur. Ex toto.) Id est finitione, que rem aliquam totam explicat. Est enim finitus, auctore Aristotele lib. 7. Topicorum, que quid est esse, id est essentiam & naturam rei significat. Tum ex nota.) Que est nota uel nominis uel ulti, ut Seditio est scorsim titio ciuitatis à magistris. Tutor à tuendo dicitur. Possebio, quasi pedum positio appellatur in lege prima ff. de acquirenda uel amittenda possessione. Extrinsecus autem.) Vt, si quis inficietur debiti per chirographum eius probo. Hominem memoriam & disciplinam cum pluribus animalibus cōmānē habere probo per Aristotelem. Sanguinem primū esse inter omnes humores quartuor, qui in homine sunt, probo per medicos. Iure fieri, quod legē permittente fiat, probo per legem Gracchus, Cod. de adulterijs. Porro hæc argumenta uniuersa extrinsecā sunt, & a uocibus thematum longe disfunduntur.

CICERO.

Sed ad id Totum de quo differitur, tum definitio adhibetur, que quasi inuolutum enoluīt id de quo queritur.

SEVER. BOETIVS.

POST locorum bisariam diuisionem, In ipso scilicet, de quo agitur, & Extrinsecus positionum, partitus est eum locum, qui est in ipso, in quatuor membra, id est, à Toto, à partiū Enumeratione: a Notab affectis. Nunc igitur antea, quam dividat cum

eum locum quem ab Affectis esse propositum, superiorum trium, quos in primo interim tractatu minime diuisiūs est, sed indiuīduos relicturus, exempla supponit. Hi uero sunt, à Toto, à Partibus, à Nota. Ac de eo quidem loco qui est à Toto, ita disputat, Tunc, inquit, dicimus à Toto locum argumenti, quando Totum illud quod in questione postum est, definitione complectimur: que definitio, rei dubia de qua agitur, facit fidem. Sed definitio omnis, ut superiorus quoque dictum est, id quod nomine inuolūte designatur, euoluit & explicat: atq; ideo non terminus, qui in definitione ponitur, sed que in ipso sunt, possunt argumentis prestatre materiam. Sunt autem in unoquocque propriæ definitiones. Definitio enim est oratio substantiā uniuscūsq; significās, quod si ab unaquaq; re substantiā nō recedit: ne definitio quidem recedit. Est ergo definitio in ipso termino de quo agitur, que definitio totum terminum necesse est comprehendat: neque enim partem substantię, sed totius termini substantię monstrat. Sed quoniam ex ea definitione fides fit rei dubiae: trahitur ex definitione argumentum: que definitio, in ipso termino est, de quo agitur, & eius termini Totum est. Itaq; argumentum quod à Definitione ducitur, ab eo ducitur loco qui in ipso termino est, qui in questione est collocatus. Sed quoniam multi loci sunt in ipso: hic locus à Toto est. Definitio enim totum terminū cōprehēdit: atq; id qd inuolūte nomine significabatur, euoluit atq; aperit.

IOAN. VISORIVS.

Sed ad id totum de quo differitur.) Tres locorum gradus superioris fecimus. unum eorum qui ad Totum adhibentur. Alterum eorum qui ad Totum quodammodo sunt affecti. Terrium eorum qui à Toto remoti longe disiuncti sunt. Nunc de primo sit sermo, id est, de locis qui ad Totū adhibentur. Ad Totum autem dicuntur adhiberi, qui totam rei proposita substantiam uniuersam, naturam cōpleteuntur, quicq; toti respondent & aequipollent omninoq; conueniunt, nec latius quam Totum se

se fundunt, nec contractius se se cohident angustius in contrahunt, sed pares & aequales & reciprocis sunt: ut definitio definitio, omnes partes toti, interpretatio vocabuli vocabulo pars sunt: qui loci cum tres nomine sint, unicus, nam reuera loca est, quem Totius nomenclatura vocare possumus. nam & definitio Totum est, & partes totum sunt, & est Totum interpretatio vocabuli, nec eos Totius nomenclatura solum, sed & Definitionis appellatione vocabulum, nec sane iniuria. Nam unicam vim rei definiendo modo complectimur, cum per genus & differentiam definimus. Ut Rhetorice est bene dicendi scientia, aut definimus per partes cum res proposita quasi in membra discipitur, id est, cum rei definitae partes omnes recensimus. ut Rhetorice est recte inueniendi, & disponendi, & eloquendi cum firma memoria, & actionis dignitate scientia. Preterea finimus autem, sicut superiora: aut etymologiam, cum vocabulum interpretamur: ut Aesidium ab aesse dando, & Locomptum a locorum, & Pecuniosum a pecorum copia. Itaque cum bi tres loci Definitio, Partes, & Nota ad totum adhibeatur, de-

Valla Diaz. his dicamus: & à Definitione (quam Laurentius Valla regium lib. i. cap. 19. & 20. Disputa- quendam Censem, Quæ storiæ exariorum vocat incipiamus. Quidnam ea non tam in Toto, id est, in substantia Totius esse uideatur, quam ipsum Totum, ipsaq; rei substantia Totius esse enim dixeris cognitionem rerum diuinarum & humanarum Philosophiam esse, quam in Philosophia;) tamen quia partes definitionis, puto Genus & Differens, in toto sunt, etiam si ad totum non adhibeantur, sed rebus affectis subiectæ sint, per definitio- nem in toto esse dicimus. Quæ quasi inuolutum. Nihil enim est aliud definitio quam coacta in se & cōplicata rei explicatio. Res qua definitur, pugno: Definitio manu in digitos ductæ similis est. Itaq; res ipsa uno nomine continetur: Definitio uero eandem in duo scilicet Genus & Differens, tanquam totum in partes explicat. ut Iustitia uirtus est, unicuique ius suum tri- buens

BARTH. LATOMVS.

Sed ad id Totum de quo dissiderit.) Totum hic accipe quatenus re partes & notam amplectitur: quia hæc tria, ut supra dixi, unum sunt re, & uia, & ratione differunt. Totum igitur in differentia trifariam explicatur, Definitione, Partium enumeratione, & Notatione: quorum primum declarat, quid sit ipsum: secundum, que sint partes eius: tertium, que uis uerbis eius sit, & origo. Explicatur autem, cum in argumentum sumitur, ut quæ sit uis eius intelligatur. Debet enim omne argumentum notius esse eo, cui probando adhibetur. Itaq; hæc tria cum unum sint re, & hoc loco nomine totius comprehendantur, tamen aliud aliud argumentum prebeat, ex diuersis locis ductum. Cum enim per se spectantur, Totum, Partes, & Nota vocantur: cum in argumenta sumuntur, in tres alios locos dividuntur, Definitionem, Partium enumerationem, & Notationem: qui non re uilla, sed tractatione separati sunt. Et enim quod clausum est in illis in aliis aperte est explicatum est.

Sed ad id remittitur, ut in aliis locis, in aliis aperte. Prædictio definitio, & definitione, & definitione. Definitio est proposita sicut etiam in aliis locis, ut in aliis locis.

CHRISTI HECEND. somnator

Quasi inuolutum.) Hoc est, ium à toto, id est, finitione argumentum ducitur, quando toto illud quod in questione collocatur est, id est, terminus in questione positus, definitione explicatur, que rei dubiae fidem facit, & id qd inuolutum est, evoluit. Exemplum, dubitatur an iuris ciuili scientia utilis sit. Vbi ius ciuale, subiecti loco, scientia utilis, prædicati loco ponitur. Ia dubium est an prædicatum subiecto uerè adhæreat. Ipsum ius ciuale ad argumentum vocare nō possum, de eo enim dubium est. Expedit igitur qd ei insit: inest uero ei finitus, quæ ut à nullo definito sciungi potest,

Ius, ita nec iure ciuili seugetur. Definitio igitur, ius ciuile est.
CICERO.

Eius argumenti talis est formula: *Ius ciuile, est aequitas constituta ijs, qui eiusdem ciuitatis sunt ad res suas obtainendas.* Eius autem aequitatis utilis est cognitio; utilis est ergo iuris ciuilis scientia.

SEVER. BOETIVS.

EST enim questio, *An iuris ciuilis scientia sit utilis.* hic igitur ius ciuile supponitur, ut illic scientia predicatur. Queritur ergo, an id quod predicatur, uere possit adhaerere subiecto. Ipsum igitur ius ciuile non potest ad argumentum vocari, de eo enim questio constituta est. respicio igitur, quid ei sit insitum, video, quod omnis definitio ab eo non sciungitur cuius est definitio: ne à iure ciuili quidem propriā definitiōnē posse sciungi. Definitio igitur ius ciuile: ac dico, ius ciuile est aequitas constituta ijs, qui eiusdem ciuitatis sunt, ad res suas obtainendas. Post hec considero, unde hac definitio reliquo termino, ut illi scientie possit se coniuncta uidelicet, an aequitas constituta ijs, qui eiusdem ciuitatis sunt ad res suas obtainendas, utilis scientia futuredo esse utilem scientiam dici a superiori aequitatis. Concludo itaque, igitur iuris ciuilis scientia utilis est. His igitur argumentum est ex eo loco, qui est in ipso, hoc est in iure ciuili: qui terminus, in questione est constitutus. hic vocatur a definitiōne: quae definitio, quoniam Totum est, argumentum est a Toto. Omnis autem locus a Toto, in ipso est. Nec nos ullā dubitatio perturbet, quod ius ciuile, et rursus scientia utilis, quadam sunt orationes, quas ut terminos collocamus: non enim omnis terminus simplici orationis parte profertur, sed aliquoties orationes integrē in terminis constituantur. In hac igitur argumentatione Maxima propositio, ac per se nota est ea, per quam intelligimus, omnia que defin

definitioni alicuius coniunguntur, ipsa quoque illis quorum est definitio, ex necessitate copulari. Sequitur enim, cum Definitio iuris ciuilis Ut illic scientia possit adiungit, ut quoque iure ciuile ut illic scientiam posse copulari: est igitur hoc argumentum traditum ab eo loco, qui est in ipso. Omnis enim definitio, in eo termino est, quem designat. Forum autem locorum, qui in ipso sunt, est a Toto. Omnis enim definitio totum monstrat, atque aperit. Maxima propositio, Quibus aliquorum definitio tanguntur, est, ac necesse est ea que definitur, aperiantur.

I. Q. X. VISORIVS.

Ius ciuile.) Ius auctore Celsō iureconsulto Digest de Iustitia & iure, hoc modo definitur: *Ius est ars equi & boni.* Cicero uero de Oratore ius ciuile hoc pacto sum, ut sit legitime atque usitate in rebus causis, ciuium & ciuitatis observatione. vel scilicet ius ciuile est decretum maiorum, potestatis adiungendum ciuitatis statum ex aequo & bono insituum. item, quod quisq[ue] populus ipse sibi ius constituit, id ipsius proprium ciuitatis est, vocaturq[ue] ius ciuile, quasi ius proprium ipsius ciuitatis. Sic Iustinianus in suis Institutionibus Imperatoris titul. de luce naturali, genti, & ciui. Verum quia non ad iurisconsultos modo scribinus, sed ad Philosophie Christianae parentes sanctissimos, rem nostram exemplis alij illustriorem reddamus. ut Virtus, est animi constans affectio, cōueniensq[ue], laudabiles eos effectus in quibus est, & ipsa per se sua sponte laudabilis, ex qua oriuntur honesta uoluntates, sententiae, actiones, omnisq[ue] recta ratio: sed ciuismodi constans affectio expectenda est: igitur expectenda uirtus.

BARTH. LATOMVS.

Ius ciuile est aequitas. Definitio ista substantialis est, per genus & differentiam, cuius formula infra tradetur. Declarat enim quid sit ius ciuile. Aequitas, genus est, et omni ius amplectitur, tam scriptum, quam non scriptum: cum alio modo pro equilibrio iuris ratione accipiatur, que extra scriptum est in bonorum

norum virorum sensu posita. Differentia, quoniam uno uerbo significari non poterat, ex materia & fine collecta est, inter quos sit, & quem ad finem constituta equitas. Quod additur, eius auctem equitatis, &c. ad expositionem argumentationis pertinet, cuius hec assumptio est, quoniam si illogismo exponitur.

modo, Si neque censu, neque vindicta, nec testamento liber factus est, non est liber: neque est ulla earum rerum; non est igitur liber.

SEVER. BOETIVS.

SIT quæstio, utrum aliquis, quem seruum esse constituerit, sit liber. Facient libetres sunt partes: una quidem, ut censu liber sit, censibus enim antiquitus soli ciues Romani. Si quis ergo consentiente vel iubente domino nomen detulisset in censum, ciuis Romanus siebat, & seruitus vinculo soluebatur: atq; hoc erat censu fieri liberum, per consensum domini, nomen in censum deferre, & effici ciuem Romanum. Erat etiam pars altera ad ipsi libetatis, que vindicta uocabatur. Vindicta vero, est uirgula quædā, quamlibet manumittendit serui capitum imponens, eundem seruum in libertatem vindicabat, dieens quædam uerba solemnia: atq; idē illa uirgula, vindicta uocabatur.

illa etiam pars facient liberi est: si quis suprema voluntate in testamentis serie seruum suum liberum scripsit. Quæ quoniam partes sunt libri facienti: si quis aliquem, quem seruum fuisse constituerit, monstrare uelit, non esse liberum factum, dicit: si ne censu, neque vindicta, neque testamento liber factus est, non est liber. At nulla earum parte liber factus est. Non est igitur liber. Si enim omnes partes à qualibet illa re adiunxeris, totum necessariò separari. Nam cum totum in suis partibus constet: si quid nulla cuiuslibet parte coniungitur, à toto etiam segregatur. Partes autem duobus dictimus modis: vel species, vel membra. Species est, que nomen totius integrum capit: velut homo atq; equus animalis: utraque enim per se integrō nomine animalia nuncupantur. est enim homo animal: & rursus equus animal. Item Membra sunt, quæ cùm totum efficiant, communè totius capiunt nomen, singula uero, nullo modo. ut cùm fundamentum, paries, & tecta, domus membra sint: simul omnia, domus dicuntur:

CHRIST. HEGEND.

Ius civile est, & equitas. In hac sinitione aquitatis genus est, nec quilibet equitas est ius civile, sed equitas constituta ciuiis eandem urbem habitantibus. Ad res obtinendas, id est, ad bona sua defendenda: & est finitio finalis causa, nam causam finalē iuris ciuii ostendit. Exemplum aliud, An iusfructus consistat in rebus quæ usu consumuntur. ubi iusfructus est subiecta res quæ usu consumuntur, prædicati uice ponuntur. iam dubium est, an prædicatum uere subiecto adhuc erat, necne. I ipsum usumfructum ad argumentium vocare non possum, de eo enim quæstio est. Expedi igitur, quid ei insit, inest uero ei insit. nam iusfructus est ius alienis utendi fruendi rebus, salua rerum substantia. iam expendam, an hæc sinitio prædicato thematis conueniat, hoc modo. Sed illarum rerum quæ usu consumuntur, substantia salua non manet, ergo illarum rerum non est iusfructus.

CICERO.

Tum partium enumeratio: quæ tractatur hoc modo

guntur: fundamenta uero sola, domus uocabulo minime nunciantur, neque parites, neque testa. In his igitur quae species sunt, quoniam nomen totius integrum capiunt: nisi significat omnes partes ab eo, de quo dubitatur, abiunxeris, non possit totum abesse monstrare. Dicitum est enim unquamque partem totius uocabulum integrum capere. Ut, quoniam faciendi liberti tres sunt species, censu, uindicta, testamento'ue: si quislibet duas remoueris, una tamen permaneris, liberū necessario confitebere. Sive enim censu tantum, sive uindicta, sive testamento sit liberus: liberū esse constat: Ergo in his, nisi omnes species remoueris, non potes destruere, quod in questione propositū est. At si affirmare uelis, atq; aſtruere sufficit tantum unam quamlibet specieē demonstrare: ut si uel ostendere liberum, sat est ut monſtres, aut uindicta, aut censu, testamento uel liberū factum. Quod si deſtruere uelis, non sufficit ostendere aut censu, aut uindicta, aut testamento liberū non esse factū, sed nullo modo eorum modorū ad libertatem uenisse. Itaq; in his partibus, que membra sunt, si deſtruere uelis, sat erit unam ſeu ſigilatim aſtruere, cuncta adeſſe necessario cōprobabis. Nam si uel ostendere non esse domū, sufficit fundamenta non esse dicas, aut parites, aut testa: nam quicquid horum defacit, domus non potest appellari. At ſuelius ostendere domum eſſe, niſi cuncta in unum coniunxeris, id quod proponis non natebis aſtruere. Omnes uero hi loci, à Partiu enumeratione ducuntur: quia in his partibus que species sunt, cuncte partes enumerantur, ut deſtruas. Quæſio igitur in proposito Cicero uis exemplo argumenti à Partiu enumeratione deduci, An is quem ſeruum ſuſſe conſtituit, liber sit. Is quem ſeruum ſuſſe conſtituit, ſubiectus est terminus, liber uero, prædicatus. Neutrū igitur eorum terminum ad argumentum dicere poterimus. De quibus enim dubitatur, ipſi ſicut dubitationi facere non poſſunt. Video igitur quid in altero eoruſit. Quoniam uero partes omnes in eo ſunt, cuius partes ſunt, quoniamque libertas datur, habet proprias partes:

TOPICA.

partes: ſumo eas atq; di numero, & requiro, an uilla carū partiu uideatur inſſe ſubiecto: ſed nulla inſſe: concludam igitur non eſſe liberum. Vnde manifestis demonstratur, non ſolum ab co termino qui ſubiectus eſt, argumentsum ſum posſe, uerum etiam ab eo qui eſt prædicatus. Num prius exemplum, quo demonſtrabat iuriſ ciuilis ſcientiam eſſe utiliorem, in ciuile, quo ſubiectum erat definitiū: duellum inde argumentum, rei dubie fecit fidem. Hic uero libertatis partes enumerantur, qui eſt terminus prædicatus. Eſt igitur ut dictū eſt, Quæſio, An quem ſeruum eſſe conſtituit, liber sit. Terminus, Is quidem, quem ſeruum eſſe conſtituit, ſubiectus eſt: prædicatus uero, Liber. In ipſo, id eſt in prædicato, partes ſunt quae enumerantur: à qua enumeratione dum trahitur argumentum, fit argumentum. In ipſo ex partium enumeratione: Maxima propositio, Cuui partium nihil rei præpoſite copulati eſt, ei ne totum quidem eſſe potest coniunctum. Hic uidetur eſſe dubitandum, num locus à toto, atq; partibus idem ſit: cum omnes partes totum faciant, ſi coniungantur. Sed reſpondebitur, cum fit argumentum ab enumeratione partium, totum diuiditur, non coniungitur: diuidendo enim, argumentatio procedit: an quisquis partem cuiuslibet ſumperſit, eo ipſo, quo partem ſumperſit, rem uidetur eſſe partitus. Qui uero rem diuidit diſſipat potius, quam conſecit totum. Sed reſtare adhuc ambiguitas potest. Nam definitio quoq; in uolutam nominis significacionem explicat, per quandam ſubſtantialiū patrum enumerationem. Enumeratione uero partium, que dā ipſarū à ſe partiu diſſipatio eſt. Sed aliud eſt rei partes enumerare, aliud definitionis. Nam rei partes, ea re cuius partes ſunt, ſemper minores ſunt: ut caput, uel thorax, uel cæterā membra toto homine. Par tes uero definitionis, tota re que definitur, ſi ſubſtantiales ſunt, probantur eſſe maiores: ut animal bonum maius eſt. Item, rationale & mortale eundem hominē, uelut maiora continent: & ſunt singula partes definitionis eius, que eſt animal, rationale

mortale. Partitio igitur sumit partes, rei quam partitur, semper minores. Quae uero sumit definitio, uniuersalia sunt per se: tota: & continentia definiti, quanvis posita in definitione partes fiant: ut in his, que superius exempla proposuit, facile intelligi potest. Vnde manifestum est Locum a toto, & Locum a partium enumeratione esse diuersos.

JOANNES VISORIUS.

Tum partium enumeratio.) Quid sit Enumeratio, superius diximus: eiusq; duas ex Quintiliiano partes fecimus: alteram, qua cum plures partes exposuimus, eas omnes infirmamus, ut totum remouetur: Alteram cum partium expositorum non nullas euerimus, ut que reliqua est confirmetur. Prioris hoc est exemplum: Pecuniam te credidisse dicis, igitur aut habuisti ipsi, aut ab aliquo acceperisti, aut inuenisti, aut surripisti: Sed neq; dominus habuisti, nec ab alio acceperisti, nec inuenisti, nec surripisti: igitur non credidisti. Posterioris uero tale, aut Senatus parendum de Reipublica salute fuit: aut aliud consilium instituendum, aut sua sponte faciendum: aliud consilium superbum,

^{*libet} Partium tria sunt genera. Substantia, Quantitas, & Qualitas. Sustantie, ut materia & forma, que de proximo rem constituunt. uelut brachii, manus, digitus, crus, tibia, pes, que ad solam rei integratatem explendam pertinent. Quantitas, ut cubitus: Quantitas, ut cum dicimus, tres anime partes esse. Altricem, Sensitum, & Rationalem. Liber factus est.) Aliud est liberum esse, & factum esse liberum. Nam liber p propriè dicitur ingenuus, qui statim ut natus est sui iuris est. Libertas autem, naturalis est facultas eius, quod cuique facere licet, nisi quod ui & iure prohibetur. Qui uero facti sunt liberi, non propriè liberi, sed libertini dicuntur: de quibus nunc agitur, & sic in iure definitiuntur, qui ex iusta seruitute manumisisti sunt. Manumisio uero datio est libertatis, nam manumitti serui, cum liberis sunt propterea dicuntur,

euntur, quod cum domini manu, id est potestati suppositi diu siissent, ab ea liberentur. Liberi faciendi plures formas Iustianus recenset. Nunc Cicero tres tantum numerat: unam, que censu: alteram, que uindicta: tertiam, que testamentum est. Censu est facultatum estimatio. Est enim Censere, quod iuglo taxare & appretiare dicunt. Olim soli ciues censebantur, si quis ergo consentiente uel iubente domino nomen suum in censum detulisset, censu liber fieri dicebatur. Vindicta est ritus, quo Prætor serui caput uirga tangens, declarabat eum manumisum esse: inde hanc uirgam Vindictam appelleverūt. Porro uindex est, qui seruum in libertate assertit: & a uindicando Vindicta, Vindex q; dicitur, non à Vindicio seruo, ut Plutarchus assertit, & Linius Plutar. in Pro dubitat, est enim Vindicare, in libertatem assertere. Testamento blemat. Linius, lib. 2. deniq; siebat liber, cum dominus supra uoluntate seruum suū ab urb. cōd. in testamento serie liberum scripsisset. Iuris consultum testamentum quasi mentis testationem interprætantur: quos Gellius & Laurentius arguunt. Gellius quidē, qui cap. 12. lib. v. sic ait: Servius Sulpitius Iuris consultus, ut etatis sue doctissimus, in libro de Testamento secundo, qua ratione adductus Testamentum uerbum esse duplex scripsit, non reperio. Nam compositum esse dixit à mentis contestatione. Quid igitur calciamentum: quid paludamentum, quid pavimentum, quid uestimentum, quid alia mille, per huiuscmodi formam producta: etiam ne ista omnia composita dicemus? Obrepisse autem uidetur Seruo uel si quis aliis est, qui id prior dixit, falsa quidem, sed non abhorrens neque inconcinnia quasi mentis quedam in hoc vocabulo significatio. Item Laurentius Valla cap. 35. lib. vi. ait: Testamentum, id est inquit, ex eo appellatur, quod est testatio mentis est. Quæ definitio quorundam Iuris consultorum fuit: quos si iuste Aulus Gellius coarguit, quādo ego iustus hunc arguere possū, quia explosum atq; derīam etymologian inculcat: Nam cur à mente potius dicatur, quā à mento uel à menta: quia nihil ad hanc significati-

omen, mentum, mens ne facit, inquietus. Quid ergo mens ad falsum
mentum, ad ornamentiū, ad condimentiū, ad armamentū, ad pā-
uimentū, ad clementū, ad calciamētū, ad uelimentū. &
huiusmodi infinita? non est ergo uera etymologia hec. Negat à
mente, negat à mēto, negat à mens, sed potius hac nomina affi-
munt Tum syllabam cum exirent ante in men, ut uelimen, cal-
ciamen, munimen, lenimen, nutritmen, spiramen, medicamen, uela
men, quibus adiecta, Tum, sit, munimentum, lenimentum, spiramen-
tum, medicamentum, uelimentum, uelamentum, calciamen-
tum: ita Testamen̄ addita syllaba Tum, sit Testumentum.
quod si à mente descendere testumentum, Testamentia dicere-
tur, quemadmodum dementia, & amentia.

BARTH. LATOMVS.

Si neque censu neque vindicta.) Enumeratio formarum
est, quibus omnibus remotis, genus tollitur. Nam sicut genere
remoto, nulla formarum relinquitur, & ex unaquaque earum
ipsum confirmari est necesse: ita omnibus formis sublati, genus
relinqui non potest: que est huius Loci Maxima. Sed hoc in toto
& partibus locum non habent: quoniam different partes à for-
mis. Censu, erat recognitio ciuium per capita, & quantū quis-
que haberet in bonis: quod quinto quoque anno fibebat à Cen-
soribus, à Seruo Tullio rege institutum. In hunc igitur si quis
seruus, permittente domino, nomen detulisset, receptus in nunci-
rum ciuium, libertatem conseq̄ebatur. Vindicta, erat ritus ma-
numitendi apud pretorem, tacto serui capite uirga, que Vindi-
cta appellabatur, his uerbis, Aio te liberum esse. Testamento
patres familiæ manumitiebant seruos suos quos uolebant, &
rata erat ultima uoluntas. Atq; his tribus modis serui apud uete-
res liberabantur. Sed plures postea introducti sunt principiis
constitutionibus, qui enumerantur i. institut. de manumis. &c.
quibus excusser. liber. conf.

Censu.

Vide Liuum
lib. 1. ab urb.
cond.Vindicta ma-
numitendi
forma.

Si neque censu. Censu Roma dicebatur estimatio facultati-
tum ciuium Rom. Sic enim Rom. Respublica erat descripta, ut
iuxta censu honores distribuerentur: ita plebs nihil habebat
quod quereretur cum ad honores non admittebatur. Vindicta
est ritus quo prætor serui caput uirga tangens, declarabat eum
manumisum esse.. Persius, Vindicta postquam meus à prætore
recessi. Postea vindictam hanc uirgam appellant. Iam uero
uindex est qui afferit in libertate eū qui seruus alicubi habetur.

p. 1. CRISTOPH. HEGENDORPH. Summatory

Tum partium enī.) Partes dicuntur, que cum totum effi-
cient coiuncte, totius capiunt nomen, singula uero nullo modo,
ut manus, pedes, labra, oculi, nasus, uenter, corpus humanum con-
stituunt, sed singula corpus non sunt. Ratio arguuntandū à
partibus. Ex omnibus partibus coiunctis totum colligitur. Por-
rò in ijs partibus que specierum loco ponuntur, si infirmare,
uel, cunctis, utendam est: sin affirmare, una quilibet sus-
cepit. Exemplum prioris est hoc loco in Cicerone: exem-
plum posterioris est, Vindicta liber est, ergo liber existit.
Neque censu.) Si quis consentiente domino nomen detulisset
in censu, cuius Romanis reddebat, & afferuitate afferuit: ab
hoc est censu liberū esse. Est autē censu, estimatio facultatiū
seu honorum alicuius. autor Asconius in Ver. actionibus. Ne-
que vindicta.) Vindicta uirga erat qua lictor premis̄ folen-
ibus uerbis seruum tangebat & dominus mox apprehensum
dexter auertebat. Id quod Appianus lib. 4. Bellorum ciuilium
docet. Persius Satyra quinta. Quibus una Quiritem Vertigo se-
nit. De hac libertate habes in Cod de Vindicta libertate. Exem-
plum aliud habes in lege prima. ff. de actionibus & obligationi-
bus: ubi iuris consultus enumerat partes, que specierū uicem obti-
nent ipsarū obligationū. Iā sit questio, an Petrus nubi obligatus
est, Petrus est subiectū, obligatus predictatum: quod an recte tri-
buatur,

buatur, hoc argumento comperiero. Neq; ex contractu, neq; ex maleficio, neq; proprio quodam iure Petrus est mihi obligatus, ergo Petrus obligatus mihi non est. Item exemplum habes in*ist.* Quibus modis ius patrie potestatis solvatur.

C I C E R O .

**Sentia* Tum notatio: cum ex uero verbis argumentum aliquod elicetur, hoc modo. Cum lex Aelia Sanctia assiduo iudicem assiduum esse iubeat, locupletem iubet locupleti. Locuples enim Assidui, ut ait Aelius, appellatus ab ære dando.

SEVER BOETIVS.

Locus à Notatione.

T E R T I V S corū, qui in ipso sunt, Locus à notatione est constitutus. Notatio uero, est quædam nominis interpretatione. Nomen uero semper in ipso est. Ut enim definitio, id quod in nomine inuolute declaratur, expedit, atq; diffundit: ita etiam nomen, id quod à definitione evolutè dicitur, inuolute, confusè, designat. quod si definitio in ipso est, nomen quoque in ipso esse de quo agitur, non potest dubitari. Ex Notatione autem Locus vocatus est: quia nomen omnem rem notat atq; significat.

Vindex. Vindex igitur est, qui alterius causam suscepit iudicandam: ueluti quis nunc procuratores vocamus. Lex igitur Aelia Sanctia assiduo iudicem assiduum esse iubet. Queritur utrum, cum lex Aelia Sanctia iudicem uelit esse assiduo assiduum, locupletem uelit locupleti. Hic igitur subiectus quidē terminus est, Lex Aelia Sanctia iudicem uolens assiduo assiduum, predicatoris uero, locupletem locupleti. ipsos igitur terminos non potero ad fidem questionis adducere. de ipsis enim de quibus ambiguitur, nulli effici fides potest. Quero igitur quid in ipsorum altero sit: ac uideo unum eorum terminum esse, Legem Aeliam Sanctiam, que assiduum assiduo iudicem esse decernat id est, subiectum. Huius orationis interpretor parte, que est Assiduus, quid enim est Assiduus

TOPICA.

89

Assiduus diuid, nisi assidem dans: assidem uero dare, nisi locuples, non potest: assiduus igitur locuples est. Cum igitur lex Aelia Sanctia assiduo iudicem assiduum esse constituat, locupletem iubet locupleti: Assiduus quippe est locuples à dando are nominatus. Argumentum igitur hoc tractum est ex eo loco, qui est in ipso, vide Gellium id est à nominis interpretatione. Nomen enim in ipso illo est, lib. 16. ca. 10. cuius nomen est: cuius interpretatio, Notatio nuncupatur. Sed ab huius interpretatione factum est argumentum. igitur hoc argumentum ex eo loco est qui in ipso, id est à nomine: & eorum qui in ipso sunt, notatione, id est à nominis interpretatione. Maxima propositio est, Interpretationem nominis idem uale, quod nomen. Sed paulo confusius à Cicerrone dicta argumentatio, maximum præstat errorem. Ita enim dici oportet. Assiduus est, qui assidem dat: qui uero assidem dat, locuples est: assiduus igitur locuples est. Lex autem Aelia Sanctia assiduum assiduo esse iudicem iubet: locupletem igitur locupleti iudicem esse præscripti. Quod si ita dictum est, apertior argumentatio fuisse. Nunc uero ita dixit, Cum lex Aelia Sanctia assiduo iudicem assiduum esse iubeat, locupletem iubet locupleti, & cetera subiunxit, ut ostenderetur locuples esse assidui. hoc autem tantumdem ualeat, quod aut, legem Aeliam Sanctiam assiduo assiduo iudicem cum iuberet esse, locupletem locupleti assiduus præcepisse: tanquam si dicere: Qui assiduus est, locuples est. Ni si enim is, qui assiduus est, locuples sit: non consequitur, ut cum Aelia Sanctia assiduum assiduo iudicem esse iussit, locupletem iubet locupleti. & argumenti conclusiōnem priorem posuit. subiectum uero probationem. Conclusio namq; est, Cum lex Aelia Sanctia assiduum assiduo iudicem uelit esse, locupletem iubet locupleti: atq; hanc præmisit. Probatio uero est, assiduum esse locupletem, ab are dando nominatum: & hanc intulit conclusiōnem. Restat is locus eorum qui in ipso sunt, qui ducitur ab effectis, cuius expositionem, quoniam uaria est, multiplexq; diu-

f 3 sio.

sio, differamus: ac primi voluminis terminum hucusq; fistamur:

IOAN. VISORIVS.

Tum notatio.) Notatio dicitur interpretatio nominis. A notatione uero deducitur argumentum, cum ex uero ibi clicitur ut si dissentientes Romanos uideas, ciues esse negabis, hoc modo. Ciuitas est ciuium unitas. Vos autem unanimes non estis: neque luntatem, dices:

Amicus est animi custos: unde et illud uulgò circunferitur:
Corporibus plures, mentibus unus homo.

Lex Aelia Sanctia.) Ab Aelio Sanctio latè ex duodecim tabu-

Articuli. lib. 16.
cap. 10.

lis, autore Gellio, desumpta est: in quibus ita scriptum erat: As-
si-
duo. Asiduus est, proletarii cuius quis uoleat, si index
est. Asiduus in hac lege, sicut ait Gellius, pro locuplete, et faci-
le munus faciente, dictus est, ab asiduis, id est ab are dando, cum
tempora Reip. postfūlarentur: uel dictus est à muneris pro familiari
copia faciendo asiduitate. Hinc asiduorum testes metaphoricos dici-
mus, quibus est adhibenda fides, et qui non facile mentiuntur, et
quorum testimonium non eleuatur: quales sunt uiri primaria au-
toritatis. Eadem ratione primarios illos lingua utriusq; prin-
cipes, autores asiduorum, necnon clasicos dicimus, ut nulli Budaeus
in prioribus annotati, in Pand. Proletarius autem dicitur, autore
Gellio cap. 10. lib. 16. à munere officioq; prolis edende, qui cum
parua re familiari Rmp. minus posset uiuare, sobolis tamen gi-
gnendæ copia ciuitatem frequentabat. Hinc translatitiæ Proleta-
rios testes appellamus, necno autores, qui nullius uel parue sunt
autoritatis. Præterea Vindex est, inquit Boëtius, qui alterius cau-
sam sibi cipi uindicandam. Cuusmodi sunt hodie, quos Procura-
tores uocamus. Sed de uindice superius satis dictum est. Rodol-
phus Agricola Ciceronem reprehendit, quod locum Notationi
secerit inter ea, que in substantia sunt, cum notatio accidentium
naturam uel maximè retineat et seruet. Nam et rei antequam

fiat

TOPICA.

fiat et postquam est, nomen est: et aliud quoq; nonnullum an-
eius den est rei nomen, ut Romulus post mortem est dictus Quiri-
nus, à Quiriu Curi, quod lingua Sabina basium significat.
nam hacten Romulus utebat, uel quia Graecè Ko'pov rex dici-
tur, uel propter generis nobilitatem. Nam Mars cum seut, Gra-
dius: cum tranquillus est, Quirinus dicitur. Hec Seruus in li-
brum primus Aeneidos. Sic Hippolytus, postquam est redditus
uite, Virbius est appellatus. Is dolis Phædra nouerit, à qua de in nomine:
stupro interpellabatur, ab Aegeo patre disserpus equis, dolo Theuseum
inquit, quia cùm illam de stupro interpellantem contemptisset,
Hippolyti pa-
ter fuit. Ac-
falsò ad patrem Hippolyti detulit, Hippolytus ibi uim inferre uo-
luisse. Hippolytus autem, non cùm esset incoluus, sed postquam
distractus est equis, appellatus est à rōm. l'mov. rx̄. id est, ab
equo et a solo, siue distraho, de quo Verg. 7. Aeneid, sic habet
ibat et Hippolyti proles pulcherrima bello

Virbius, insignem quem mater Aricia misit,

Eductum Agerie lucis Hyettia circum

Littora, pinguis ubi et placabilis aræ Diane.

Nanci ferunt fama Hippolytum, postquam arte nouerat

Occiderit, patrasq; expliciti sanguine penas

Turbatum distractus equis, ad syderarum rursus

Aethere et ecclisuperas uenisse sub auras

Peonij reuocatum herbis et amore Diane.

His exemplis puta Quirini et Virbij nomen accidens esse rei
Rodolphus ostendit. Publius tamen Nigidius apud Aulum Gel-
lium cap. 4. lib. 10. argutissime docet nomina non positiva esse,
sed naturalia, quod caput Gelli, quia est longe elegans in sumnum,
non pigebit totum ascribere. Nomina, uerbæq; non positi for-
tuito, sed quadam uiratione natura facta esse Publius Nigi-
dius in Grammaticis Commentarijs docet, rem sane in Phi-
losophie disceptationibus celebrem. Quare enim solitum apud
Philosophos quæra ratio quæra, si sive in eam rem multa argumen-

ta

ta dicit, cur uideri possint uerba esse naturalia magis, quam arbitria. Ex quibus usum est hoc lepidum et festuum. Vos, inquit, cum dicimus, motu quodam oris, conueniente cum ipsis uerbi demonstratione, utimur, et labijs sensim primores emouemus, ac spiritu atque animam porrors uerbum, et ad eos, quibus cum sermocinatur intendimus. At contra cum dicimus Nos, negamus; sed et spiritus et labijs quasi nos intra nosmetipso coheremus. Hoc idem fit in eo quod dicimus Tu, Ego et Tibi, et Mihi. Nam sicuti cum annuius et abnuimus, motus quidem ille uel captus uel oculorum a natura rei, quam significat, non abhorret: Ita in his uocibus quasi gestus quidam oris, et spiritus naturalis est. Eadem ratio est in Graecis quoque uocibus, quam esse in nostris animaduerimus. Plato quoque in Cratyle uult, nomina uerba et orationes natura esse, ut cetera instrumenta, quibus natura ad suas functiones necessarias uitit. Ut enim anima oculus instrumentum est ad colorem aliquem uidentium, auris ad audiendum, lingua ad loquendum, et similia que natura sunt, non insituto: ita oratione menti ad uerum aliquod percipiendum instrumentum esse, Plato dixit. Verum dicant quod uolent Nigidius et Plato. Nomina sane sunt arbitraria, quippe que non sunt apud omnes eadem. Que uero natura dia sunt, eadem apud omnes sunt. Quare sunt accidentalia, sicut ait Agricola, non autem substantia. Quid ergo? Cicerio lapsus est, qui substantialia fecit: minimè profecto sed est intelligendum. Cuius mehercule si sententia menem capimus, cum a Rodolphi hand dubie calumnia nullo negotio tuebinur, et sartecum ac omnireprehensione seruabimus. Itaque Cicero, qui Notationem uerbis substantialiē esse uoluuit, non sic intellexit, ut nomen ipsum rei substantialis, uel naturaū esse diceret: non enim ignorabat accidens esse. Qui librum Aristotelis de interpretatione, ut alibi testatur, uiderat. Et illi capite de nomine, nomen arbitriarum esse, non autem naturale,

leg

legerat. Quomodo igitur accepit: audi: tibi Ciceronis consilium aperiam et explicabo paucis. Ut igitur definitio rei substantialis est, quia eius substantiam explicat: ita notatio uerbi uocabulo substantialiē est. nam uocabuli quanquam uelut substantiam et naturam declarat. ut Tumultus dicitur, in quo propter uincitatem periculi timor multus est: Tumultus uocabulum est quod explicatur: hec uero oratio, timor multus, et c. uocabuli naturam et proprietatem, explanat, nec ipsa oratio uocabulo accidit, licet uocabulum rei accidat, sed est nativa et substantialis. Sic, Abstemius est, qui temeto, quod prisa lingua uinum significat, abstinet, hec et oratio, qui abstinet temeto, interpretatio est uocabuli quod est Abstemius, et cum eo conuertitur et obabulat. Nam omnis Abstemius abstinet temeto, et quisquis temeto abstinet, ille est Abstemius: nec accidit, ut Abstemius temeto abstineat, nam posset non abstineat, sed necesse est, ut temeto abstineat, si abstemius est: si enim non abstineat, non est Abstemius.

BARTHOL. LATOMVS.

Ex uero uerbi. Id est, ex sensu et interpretatione uerbi, quam Graeci ἴωνος οὐ παρά uocant. Cum Lex Aelia Sanctia alessiduo uindicem aſſiduum.) Aelia Sanctia nomen est legis ab autore. Aſſiduo uindicem aſſiduum, id est, diuiti assertorem diuitem. Quoniam hac lege cautum erat, ne quis scrupuli pecuniosum in libertate aſſeretur, niſi ipse diues et pecuniosus esset, ne ſi tenuioribus id liceret, facile corrumperentur aſſeruis, qui eos in libertatem uidebant.

Cum lex Aelia, videtur lego Aelia Sanctia ideo constitutum esse, ut opulentus uindex effet, ne ſi diuiti pauperi liceret in libertatem aſſerere, tenuiores pecunia conducebantur ad id faciendum.

Auct. CHRIST. HEGEND. Domnaby
Cum lex Aelia Sanctia.) Exemplum Ciceronis ita intellige:
ſi

Si dubium est utrum cum lex Aelia Sancti vindicem, id est procuratorem, uelit esse a fiduum a fiduo, locupletem locupleti esse uelit. Lex Aelia Sancti vindicem uolens a fiduum a fiduum, subiectum est: praedictum uero, locupletem locupleti. Iam ut scatur quid lex per a fiduum uelit, uocis etymologia est eruenda, hoc modo: A fidius est, qui multa era dat: A fide dare non nisi locuples potest, a fidius igitur locuples est.

ANITII MANLII SEVERINI BOETII IN Topicā M.T.C. Commentario- rum Liber II.

NTAM difficultissimi operis cursu non sum nescius mihi patrici, quin labor hic noster, quem te adhortante suscipimus, dum iudicio multitudinis imperite aut eleuator, aut premuntur, facile uarijs reprehensionibus mordeatur. Nam & illi quibus hoc totum differendi displicet genus, uelut superuacuum studium, familiariter prauis mentibus cauillatione despiciunt. Et qui maximum huius scientiae fructum putant, sua ceteros se genitae metientes, tanto nos operipares esse non estimant. Quorum quidem priores, si non inuidia laboris alieni aestimationem consentiunt, premunt, sed reprehensioni iudiciorum, consentiunt: nullo modo ferendos esse puto. Multoq; in me libentius detorsciri prae opinionis inuidiam, ac nostris eos diffidere uiribus facilius patiar potius, quam tante discipline calcare rationem. Sed pro diuinam atq; humanam fidem, que est haec hominum prauitas: que tanta est imprudentia caccitat ut penè sua se ipse confessione condemnent. Nullus est enim, qui se uideri nolit peritisimum differendi: quin etiam obiectare ipsi aliquid, & resoluere obiecta conantur: & si facile id factu est, cuncti ad scientiam Logicæ discip-

discipline, uelut ad communia quedam sapientie lucra, concurrent. Iam uero quid absurdius fingi potest, quam quod probabilibus, ut ipsi existimant, argumentis, inutili studiū Dialectice nituntur astruere? Quid enim conuenit differendi artem differendo pernicitere, ut cuius affectus opinionem, eiusdem despicias ueritatem? Sed ut cantor ille discipulum sibi ac Musis canere iubebat ita et ego quoq; mihi, ac tibi, non Musæ, sed tanquam Musarum præsidice cincerim. atq; id quod multo labore studioq; collegi, non Rhetorica tantum facultate, uerum Dialectica etiam sublimitate deponam. Que uero sequuntur, huiusmodi sunt.

CICERO.

Ducuntur etiam argumenta ex his rebus, quæ quodam modo affectæ sunt ad id, de quo queruntur. Sed hoc genus in plures partes distributum est. Nam alia coniugata appellamus, alia ex genere, alia ex forma, alia ex similitudine, alia ex differentia, alia ex cōtrario, alia ex adiunctis, alia ex antecedentibus, alia ex consequentibus, alia ex repugnantibus, alia ex causis, alia ex effectis, alia ex comparatione maiorum, aut parvum, aut minorum.

SEVER. BOETIVS.

POSTquam locos eos ex quibus argumenta ducuntur, gemina partitione distribuit, alios in ipso de quo agitur herere, dicendo, alios extrinsecus assumi eumq; locum qui in ipso de quo agitur heret, in quatuor species secuit, id est a toto, a partibus, a nota, ab affectis: superioribus quidem tribus exempla subiicit: que nos primo volumine, quantum diligenter fieri potuit, explicauimus. Restat is locus, quem posuit quartum, id est, ab affectis. Huius cum multa sint species, integrum atq; indiuisi proponi non potuit exemplum, nam quorum facienda partitione est,

est, melius per singula membra dispositis aperiuntur exemplia. Hunc igitur locum diuidit hoc modo. Locus quies affectis est, partim ex coniugatis, partim ex genere, partim ex forma descendit, ex similitudine etiam, uel ex differentia, uel ex contrario, neconon ex coniunctis, ex antecedentibus, et consequentiis, et repugnantibus, ex causis etiam, atq; ex effectis causarum, et ex copartitione maiorum, aut parium, uel minorum, que omnia Tullius paulo post conuenientibus rerum similitudinibus illustrat. Nunc illud nobis dicendum est, quae sint Affectionum nature, et quid habeant proprietatis. Sunt enim affecta, quae quodam modo ad aliquid referri possunt, ad id, ad quod referuntur: omnia uero, quae se aliquar relatione respiciunt, aut amica inter se, aut dissidentia conferuntur. Si amica: uel substantialiter, ut genus, forma, antecedentia, consequentia, causa, effectus: uel in qualitate, si coniugatum, simile, coniunctum: uel in quantitate, ut paria. Quae uero sibi dissidentia conferuntur, partim a se differentia sunt tantum, partim aduersa: sed aduersa, partim in qualitate, ut contraria, uel repugnantia: partim in quantitate, ut maius aut minus. Quae cum ita sint, manifestum est, et amica sibi cognitionis relatione coniungi, et dissidentia hoc ipso, quod sibi aduersa sunt, ad inuicem comparari. Nam quae amicas sunt, amicis amicas sunt, et dissidentias dissidentibus dissident. Ita igitur et genus, forma, generis forma: et antecedentia, consequentia, et consequentiis antecedentibus: et causa effectuum causa, et effectus causarum effectus: et coniugati, coniugatis coniugare sunt: et simile, simili simile, et coniunctum, coniuncto coniunctum: et paria, paribus paria: et differentia, differentibus differentiata: et maiora, maioribus maiora: et minora, minoribus minoria sunt: et contraria, contrarijs contraria: et repugnantia, repugnantibus repugnantia sunt. Affecta igitur sunt, quae cum a se inuicem diuersa sint, ad se inuicem tamen referuntur. Sed quo ordine Tullius superioris deset

descripsit locos, nos definitiones omnibus apponemus. Eorum igitur que ad se inuicem affecta dicuntur, in Marci Tulij disputatione prima sunt Coniugata, scilicet Coniugata uocatio, que cunque ab una nomine varia prolatione sicutuntur, ut iustitia, iustus iustum iuste. Hec inter se, cumq; ipsa iustitia, unde eorum uocabulum fluxit, Coniugata dicuntur. Genus uero, quod de multis specie differentibus, in eo quod quid est, predicitur: uelut animal dicitur de homine atque equo, que specie differunt, et in eo quod quid est, predicitur. Interrogativus enim nobis, quid sit homo uel equus: respondetur, animal. Quod genus licet necesse sit ab eo esse diuersum, cuius genus est cognatum est ei tamen: quare ad id substantiae relatione coniungitur. Species etiam est, de qua genus superiorius predicitur: quia Cicero formam uocauit, uelut homo animalis. Similitudo, est unitas qualitatis. Nam duo, quae sibi sunt similia, eandem necesse est habere qualitatem. Et quoniam ipsum sibi simile esse nihil potest, alij necesse est simile consideretur. Sed aliud esse non poterit, nisi fuerit in aliqua parte diuersum. Ergo similia a se, in alia quidem re diuersa sunt, in alia uero congruant. In ea uero re, quae secundum qualitatem congruant, in ea esse similia intelliguntur, que ad se similitudinis ipsius copulatione referuntur. Differentia est, quae uniuersaque differt ab alio, ut homo ab equo rationabilitatis differentia discrepat. Hec igitur predicatione quidem proprie naturae adeo refertur, quorunq; est differentia, ut rationabilitas ad hominem. Dissimilitudinis uero ratione ad ea, a quibus discrepat id, cuius est differentia, ut rationabilitas ab bovem. Contraria uero sunt, que in eodem posita genere, longissima a se discipiunt, ut album atq; nigrum. quae licet in uno qualitatis genere ponantur, a se tamen quam longissime recedunt: ea quoq; ad se referri, nullus ignorat. Aliud est enim quid sunt, aliud quid contraaria sunt, quod enim nigrum est, quale est: quod uero contrarium est, ab albo plurimum discrepans est. Coniuncta

uerò sunt, que unicuique rei finitima naturam tenent, uelut timori pallor adiunctus est. Hec talia sunt, ut sepius quidem adiunctis sibi cohortescantur neque tam ex necessitate his, quibus uicina sunt, adeesse cogatur. Nam sepe timori pallor assistit, non tanquam semper: ueluti cum dissimulatione premitur metus. atque ideo uerisimilia ex adiunctis argumenta nascuntur. nam quaecumque coniuncta sunt, ea his quibus adhaerent, indicio esse solent. Sed de his in posteriori disputatione diligentius differa. Antecedentia uero sunt, quibus positis aliud necesse est consequatur. ut quia bellum est, sepe inimicitia. hec ordinis necessitatem tenent. consequenti enim ab antecedentibus separari non coquunt. Consequens uero est, quicquid id, quod antecedit, insequitur, ut inimicitia bellum consequuntur. nam si bellum est, inimicitias esse necesse est. habetq; locus hic illud notabile et spectandum, quod sepe que naturaliter priores sunt, tunc ipsa sunt consequentia. Sæpe et naturaliter antecedunt, et in propositione priores sunt. Nanque inimicitiae prius existere quam bella, solent. Sed non possumus proponere inimicitias, ut bellum sequatur. non enim possumus uero dicere, si inimicitiae sunt, bellum est: sed proposimus bellum: et inimicitiae, que natura priores sunt, subsequuntur: ita: si bellum est, inimicitiae sunt. Nisi igitur inimicitiae, que natura alter bellum precedunt, et eadem bella in propositione committantur. At si dicam, Si superbus est, odiosus est. Superbia et naturaliter, et in propositione odiu precedit: prius enim superbia consequuntur existere: post uero, atque ex eadem superbia uenies odiu sequi. Nec interest, utrum naturaliter quilibet res antecedat aliquam, an uero consequatur, dum id in propositione annotemus, eam esse rem antecedentem, que siue naturaliter prior sit, siue posterior, alteram tamen rem secum necesse faro trahat. Repugnantia uero intelliguntur, quoties id, quod alicui contraria uerò

uerò consequitur nocendi uoluntas: anuicitia et nocendi uoluntas repugnantia sunt. Hec quoque ad se contrarietas similitudine referuntur. Causa est, qua precedente aliud efficitur. ut causa dici, est solis ortus. Effectum est, quod precedens causa perficit. ut dies quem solis ortus emittit. Maiorū uero comparatio est, quoties ei, quod minus est, id quod maius est, comparatur. ut si nemo innocens pelli in exilium debet, multo magis ne Tullius quidem, qui non innocens solam, uerum etiam et patria suit liberator: plus enim patria esse liberatorem, quam innocentem. Parvum uero, quoties inter se paria comparatur, ut. Si hic ciuis innocens pelli in exilium non debet, quia innocens est nec ille quidem, qui est innocens, carcere patria iustè potest. Minorum uero, quoties minor a maioribus conferuntur. ut, si Ciceronem liberatorem patria premio nemo dignum pueruit: nemo cum putet premio dignum, qui cum tantum innocens fuerit, nulla in rem publici contulit merita. Hec itaque omnia cognata sibi esse, et ad se referri inuicem, et se uelut in regione respicere, nullus ignorat. Nam, ut de conjugatis primum loquar, et iustitia ad id quod iustum, uel id quod iustè fieri potest, spectat, et cum qui iustum est, perficit. Cetera quoque habent a se, non modo vocabili cognitionem, uerum etiam cuiusdam naturae congruentiam: ita tamen, ut a se diuersa sint. Neque enim idem est iustitia, quod iustus. Omne enim quicquid ab aliquo inflectitur, ab eo a quo inflebitur, et diuersum eidemque cognatum, a quo etiam probatur inflexum. Genus etiam cognatum esse ei cuius genus est, id est, speciei, quam Cicero formam uocavit, dubium non est. Genus enim, speciei genus est: et species, generis species. itaque ad se inuicem referuntur: licet idem, genus ac species non sint. Illud sane uero, dum est: quoniam quis nos species nuncupamus, eas Cicero formas uocat: cui quidem, dum quod dicit intelligam, concedam libenter, quibus uoluerit, uti nominibus: mihi uero non idem concidi potest, nam qui explanationis lucem professus est, in his uero

bis debet, quæ sunt in usu posita, uersari. Id autem quod supponitur generi, ut species, quam forma potius nuncupetur, usus obtinuit. Iam uero simile, nisi simili simile esse non potest: & quod differt, nisi ad dissimilē differre non potest. Contraria etiam contrariis intelliguntur esse contraria: Coniuncta etiā coniunctis adhuc sunt: & quæ sunt antecedētia, aliquid quod potest consequi, antecedunt. Id etiam, quod est cōsequens, illud quod antecedit in sequitur. Omne etiam repugnans, repugnat si bimēt intelligitur inimicū. Causa etiā, effectus sui causa est. Quod enim quæ uis causa efficit, eius rei, quā efficit, causa est. effectus quoque causæ alieuius effectus est. Cōparatio uero majorum, minora respicit, minorū uero matora, parium paria: atq; in omnibus ea natura esse deprehendit, ut cū per seres quædā sint diuersæ ab his ad quæ referuntur, affecta tamē esse, dum cōparantur, apparent. Diuersa uero esse ab his ad quæ referuntur, illares approbat, quoniam nihil ad seipsum referri potest. Quæ cūmita sint, iure affecta sunt nuncupata: quæ omnia eius loci, qui ex affectis dicitur, species, uel forme sunt, ipso etiā testante Cicerone, qui ait: Sed hoc genus in plures partes distribuitur est. Cūm enim genus dixit, quas scindit à genere, species esse signauit. Preterea omnia hac & nomen generis suscipiunt, & definitio- nē. Affecta enim sunt ad aliquid, quæ ad id ad quod affecta sunt, referri queunt. Coniuncta uero, & genus, & forma, & cetera ad ea semper, ad quæ sunt affecta, referuntur. Sed ut in superioribus locis dictū est, qui in ipso de quo agitur hærebant, id est, ex toto, ex partibus, ex nota: ut ex toto co intelligeretur termino, qui fuisse in questione propositus: itemq; ex eius partibus, atq; ex eius nominis modo etiā in his, quæ affecta sunt, dicimus, ad eum terminū affecta considerari, qui subiecti uel predicati loco positus, continet questionem. Supereft nunc illud dicere, cur quæ affecta sunt, in ipso de quo agitur esse dicātur. Etenim in ipso de quo agitur termino, quatuor locos esse signa- uit

uit Cicero, id est ex toto, ex partibus, ex nota, ex affectis: quo- rum tria quidem superiora, manifestum est in eo hærere de quo agitur termino, definitio enim cuiuslibet rei, quod totum est, in illo ipso est, quod definit. Partes etiam in ipso illo sunt, quod col lectione contingunt. Note etiam in illo est, quod appellatione signat. Affecta uero extrinsecus posita uidentur: quippe quæ referuntur ad id, ad quod affecta sunt: quæ non referuntur, nisi extrinsecus posita intelligenterentur. Cur igitur ea etiam quæ af- fecta sunt ad id, de quo agitur, inter eos numerauit locos, qui ipsi, de quo queritur, termino coherent, dicendum est. Nonna- id quod adhuc dicitur, non idem est ei, cui adhucere pre- dicatur. Quæ cum diuersa sint, cognitione tamen quadam intel- liguntur esse coniuncta: ueluti non id est definitio, quod ipsa res, quæ definitione describitur. Si enim definitio clarius efficit id quod definit, nihil uero ipsum se seclarious, quam est, efficerē potest: manifestū est, id quod definitur, à definitione esse diuersum. Sed idcirco hære definitionem in eo quod definitur, dici- mus, quod est ei cognata atq; coniuncta: quippe quæ, dum eius proprietatem significat, ab eius substantia non recedit. Partes etiam ac nota diuersa sunt ab eo, quod uel copulant, uel des- ignant. Sed quia illæ propositum terminū in uniuersitate signat, habentes aliquam cum proposito termino cognitionem, in ipso de quo agitur hære perhibentur: Ita etiam in affectis, licet extrinsecus sint: neque idem sunt, quod ea sunt, ad quæ intelliguntur affecta: necessario tamen, quia aliquam cognitionem cum his habere considerantur, in ipsis hære dicuntur, ad quæ af- fecta sunt. Qui uero eorum naturalis ordo sit, uel quæ differētia, uel quæ sit alia locorum partitio: licet in Topicis differen- tissimis opportunius expediendum sit, tamen cum exempla Ciceronis, quæ in his explicandis atulit, exposuero, subiungam.

I. O. N. V I S O R I V S.

Ducuntur etiam argumenta ex his rebus, quæ quo-
dammodo

dammodo affectæ sunt ad id, de quo quererit.) Superioris Cicero dixerat definitionē, partes, & nota ad ipsum totū adhiberi, qui primus est locorū gradus: nunc secundū ingreditur, id est, res effectas ad id de quo queritur, quas à toto quodā modo separat, non quod in toto non sint: eas enim in toto paulo ante posuerat; sed quia ad toto adhiberi non possint. Siquidē hī demī loci ad totū adhiberi dicuntur, qui totum & uniuersam subiectę materię substantiā coplent: qui se nec latius fundunt, quam id de quo queritur, nec arctius se cohibet, sed cū eo reuertuntur & remeant. Quo sit, ut eos locos resūnues, id est uniuersales & reciprocos appellare posimus, quid ἀντίστοιχον, id est, secundū totum, rei proposito quadrēt. ut definitio totum definitū ostendit, ita toti partes omnes & equipollent: eodem modo notatio uestri uestro respondet. At res affectæ secus se habēt: non enim cum tanta proposita reuertuntur, ut genus plusquam species, species minus quam genus continet: nisi cum toto obambulare diffrens dicas. Verū aliter Aristoteles secundo libro Posterioris Resolutionis docet x 1111. cap. ubi definitionis inuenit & methodum tradit: quippe qui dicat, que cung. in definitione sumuntur, singulatim latiora esse quam sitres que definitur, uniuersa uero paria. Quare si diffrens seorsum à genere capitatur, amplius se porriget, quam species. Si uero generi fuerit adiectum, definita effectio par erit. Rodolphus tamen Agricolalibro primo, capite decimo scribit Aristotelem in Topicis nomine Proprii, quod pars est reciprocum, differentiam quoque complexum fuisse: quod si ita est, differentia pars est ei cuius est differentia, nam proprius pars est ei, cuius proprium est. Sed pax Rodolphi dixerim non sub proprio, sed sub genere differentiam Aristoteles complexus est, propterea quod latius pateat quam species, quemadmodum & genus latius diffunditur. Sic enim primo Topicorum inquit, πάρτη δέ τοπικῶν, καὶ πάρτη πρόθεμα τὸ γένος, τὸ στοιχεῖον διέστι, καὶ πάρτη δια-

φράξις

ρόπτη δέ τοπικῶν, διά τοι τὸ μετέπειτα, id est, omnis propositio atque omne problema aut genus aut proprium, aut accidentis indicat. Etenim differentia generalis cum sit, cum genere collocari debet. Rursus obisci potest, locum à comparatione parium sub rebus affectis esse, proinde res quasdam affectas ei pares esse, cui affecta sunt: sed hoc sic diluitur. Paria dupliciter accipiuntur, uno modo pro equalibus, id est, pro rebus, quamus diuersis, tamē quātitatis eiusdem: aut potius pro his, que parem inter se uirtutem habent, tantumq; possunt: hoc sensu paria sub rebus affectis sunt. Altero modo pro reciprocis accipiuntur, & sic ad totum adhibentur, neq; res affecta sunt. Rerum affectarum tredecim sunt species. Conjugata, que ex distincta sunt, quidam quadam uocis similitudine sub unum quasi iungim deuincti sunt. Et a sicciniuntur, que ab eodem circa varie conmutantur, ut sunt iustitia, iustus, iuste. Genus, notio dicitur, que sui similes communione quadam, specie uero differentes, duas aut plures parteis complectitur: ut uirtus iustitiam & prudentiam, que sunt uirtutes, inter se tamē differentes. Species uel forma est, in quam sub se comprehensam diuiditur genus, ut fortitudo, quam uirtus continet, & in qua uirtus diuiditur. Sed oritur scrupus, Quare speciem Cicero rebus affectis subiectit, neque eam ad totum adhiberi dixit, cum species sit pars generis, partes uero ad totum adhibeantur. Qui nodus ita soluetur. Species non re uera partes generis sunt, neque genus totum, sed quadam analogia: Quia sicut totum suas partes complectitur, ita genus suas species comprehendit, alicuius genus de suis formis pronuntiatur, ijsq; prius est. Totum de partibus non profertur, & partibus est posterius. Sed inquit: Puto ante dicebas partes cum toto easde esse, quo circa totum de partibus dicitur: uerum de partibus uniuersis illud intellegendum erat, non de singulis: de illis enim, non de his affirmatur. Rursus obisciatur: Eodem argumento, quo partes cum toto facis

g 4

eiusdem.

eadem, species eadem cum suo genere sicut. Quemadmodum enim partes universae toti equipollent, ita species omnes suum genus sequuntur. Ergo si partes propterea ad totum adhibeatur, quod tot sint pares, species etiam omnes ad totum adhibebuntur: non igitur res erunt affectae. hoc ego sic diluo. Cicero Argumentum à specie uel à forma, non autem à formis, rebus affectis subiecit. Nam si formas omnes recenseras, enumerationem, que ad totum adhibetur facies. Si uero à formis ad genus uel ad alteram formam argumenteris, ab affectis probabis. Similitudo rerum est diuersarum eadem qualitas ut. Terra quò melior est natura, hoc magis corrumpitur si negligatur: ita ingenit, nisi rete excolantur, quò sunt feliciora, hoc pluribus uitis inquinantur. Differētia est, quam dibi disimilitudinem uocat. Eae sunt diuersarum diuersa qualitas ut. Qui pecuniam dat, quantum imparit alijs tantum fibi detrahit: at qui hominem iussum laudat, quò magis cum laudat, eo magis ipse metu laudandus est. Contraria Cicero latius pro oppositis accepit, id est, aduersis, priuantibus, relatis, & contradicētibus: quorum omnium similis in argumentando ratio est: ut, si Catilina nefarie egit, igitur Cicero præclarè. Adiuncta sunt, que rem antecedentia rei coherenter sequuntur: ita tamen, ut nulla necessitas intercedat, ut sunt amor & concubitus, timor & pallor, iurgium & cedes. Antecedentia dicuntur, quibus positis alias sequuntur oportet. Consequētia uero, que positis antecedentibus necessariò colliguntur: ut, Et ferro intersectus est ille, & tu inimicus eius cum gladio cruento comprehensus es in eo ipso loco, & nemo pro te ibi iusus est, & cause nemini alijs, & tu semper audax, quid est quod de facinore dubitate possumus? Effectus Causa est cuius uirtute aliquid efficitur. Euentus, qui ui & impulsu cause prouenit. ut si aurillam tollere uultis, mater eius tollenda est luxurias. Repugnans habebis, si unius contrarij consequens, cum altero contrario conserfas, ut uirtus & uitium

tum contraria sunt, inueniuntur sequitur bona affectio: quam si cum uitio conserfas, repugnans es habiturus. Denique Comparata sunt, que minor a maioribus, maiora ex minoribus, paria ex paribus probant. Ea Quintilianus Apposita uocat. A maiori sic argumentaberis:

Seruare potius, perdere an possum rogas?

A minori. Nasica priuatus Tyberium Gracchum mediocriter labefactantem statu Recipublice iure cecidit. Ergo Cicero Cōsul Catilinam uniuersum orbem terrarum cede & incendio uscire cupiētum iure occidet. A pari uero sic: Didoni licuit Carthaginem petere, igitur Acene & Italianam petere licebit.

BARTH. LATOMVS.

Ducuntur etiam argumenta.) Diximus Affecta uocari, que resonantur ad rem, ut qua ratione aliqua cum ea coniuncta, uel ab ea disiuncta sint. In quibus illud obseruandum est, ita enumerari ea à Cicero, ut quemadmodum quodque natura proximum est ei, ad quod afficitur, ita ordine suo locari. Primum enim Coniugata sunt, que sola uerbi inflexione à re distant. Deinde genus & forma, quorum illud rem, quasi partem sui complectitur, hoc ad candem, quasi ad fontem suum, referuntur. Post hec similitudo est, que rei in eadem qualitate respondet. Similitudini opponitur differētia, quare & statim ei subiicitur. Differētia Contrariorum subiungitur, quod non solum differat à re, sed etiā ei repugnet. Adiuncta succedunt istis, quid eueniunt quidem circa rem, & in societatem eius cadant, similia tamen non sint. Adiunctis subiiciuntur antecedentia, & consequētia, coniuncta necessariò cum re, sed in ordine quodam posita. His adiiciuntur repugnantia, quae in eodem genere contraria. Post hec Causae sunt, quibus res efficitur: quibus ē regione respondent effecta. Extremo loco est Comparatio, que neq; substantiam rei, neque qualitatem eius attingit, neq; existit circa eam, neq; eandem efficit: sed extrinsecus ex collatione quantitatis ei opponitur.